

PA
3829
.K7

De Aeschyli Oedipodea

Carolus Kruse

1855.





Class PA 3829

Book K7

SMITHSONIAN DEPOSIT

DE

AESCHYLI OEDIPODEA

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA GYRPHISVALDENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

UNA CUM THESIBUS ADJECTIS

DIE IX. MENSIS JUNII A. MDCCCLV

PUBLICE DEFENDET

CAROLUS KRUSE

SUNDENSIS.



ADVERSARIORUM MUNERE FUNGENTUR

DR. O. MIERENDORFF, C. TAMMS, F. WENDORFF.

PA 3829
.K7

LC Control Number



2003 354780

VIRO NOBILISSIMO SPECTATISSIMO

FERD. AUG. SPALDING

REGIS AB INTIMIS CONSLIIS

SENATORI SUNDENSI

AVUNCULO SUMMA SIBI PIETATE COLENDΟ

Carminibus Graecorum res antiquitus ab heroibus gestae cantantur, quarum memoria mythis tradita erat. Mythi sive deorum ad suas sedes adventum, templorum festorumque origines, heroumve indigenarum laudes amplexi arctioribus urbium stirpiumque finibus coērcebantur: sive propter complurium stirpium in rebus gerendis societatem majusque decus latius quodammodo propagati ad universam gentem et spectabant et referebantur. Antiquissimis quidem eorum gloria amplificabatur, qui vel omne genus humanum sustentassent, vel hanc illamve regionem a monstribus illis latronibusque liberassent: alii virorum opera et facinora, aut gloriae conquirendae aut injuriae defendendae causā suscepta complectebantur¹⁾). Eiusmodi mythos fabulasque in populi ore versatas fuisse, priusquam epica carmina componerentur, *κλέα ἀρδοῦν*, „Heldenromzen“, cantata ab heroibus Homericis, diserta testimonia sunt; adde quod posterioris aevi vates nulli non ad quandam audientium notitiam memoriamque mythorum quasi provocant neque ab ovo quisquam orditur. *Mήνιδος* ille auctor, nonne bellum Trojanum omnibus notissimum existimabat, atque quibus de uno illo viro cantaretur, qui bellum et maria nondum effugisset, num ceterorum fata ignorasse putari possunt? Ac si altero etiam exemplo

¹⁾) Nitsch Sagenpoesie II, 423.

venisset, ludos illos clarissimos instituisse, Tydea Thebas missum, eique redeunti insidias structas esse, fratribus aciem, Argivorum stragem, funebres denique ad Thebarum moenia ludos hoc carmine cantata fuisse, Welcker⁹⁾ exposuit.

Epigonos tertium carmen idem esse atque Alcmaionida, eidem Welckero concedas. Erat autem Alcmaion, Amphiara filius, princeps inter epigonos.¹⁰⁾ Alterum hoc carmine bellum Thebanum cantatum fuisse, ipse titulus significat.

Commemoremus hoc loco cetera eaque multo seriora argumenti Thebani carmina. *Antimachus* igitur Colophonius utrumque bellum opere bene longo tractavit, quo quidquid traditum erat de rebus Thebanis congereret. Floruit sub belli Peloponnesiaci exitum, neque Thebaidos tantum auctor fuit, sed complurium etiam elegiarum, in quibus Oedipum post Laii caedem reducem facit Corinthum, oraculo non consulto; quo referendi sunt versus superstites:

Ἐπε δὲ φωνήσας· Πόλνβε θρεπτήρια τάσδε
ἴππονς τοι δώσω, δυσμενέων ἐλύσας.

Deinde Delphos petit oraculumque accipit ὅτι ἐπὶ φθορᾶς πατρὸς καὶ συντελεύσει μητρὸς ἐτέχθη, ideoque Corintho evitata Thebas pervenit¹¹⁾.

Antagoras Rhodius tertio ante Christum natum saeculo similia carmina Boeotis legisse dicitur Jac. Anthol. XIII, 843.

De *Pisandro* dubia res est. Camirensem enim illum, qui Ol. XXXIII. floruit, Heracleam composuisse dicit Suidas; alia falso ei adscribi. Quae quidem Schol. Phoen. 1748 Valck. pag. 272 de rebus Thebanis refert' narrata Pisandi, alteri

⁹⁾ Schulzeitung 1832, 51—23. — Der epische Cyclus, 1849, im rhein. Mus. II, Suppl. 2. — De epigonis Schulzeit. 1832, 27—32.

¹⁰⁾ Pind. Pyth. 8, 44. et 57 Boekh.

¹¹⁾ Schulzeitung 1832, 158. Duenzer fragm. 99. Schneidewin Oedipussage pag. 17.

potius Pisandro Larandensi¹²⁾ adjudicanda sunt, ἡρωῖκῶν θεογαμῶν auctori, quo opere varias historias tradidisse dicitur; versus autem illi de Haemone non Heracleae sed Oedipodeae attribuendi sunt.

Restat *Menelaus Aegaeus* qui duodecim libros rerum Thebanarum composuit tertio p. Ch. saeculo (Duenzer I. l. 2. 106). Laudat de illo Longinus (Ruhnkenius de Long. 10) haec: δυσκολίαν φύσεως φιλοπονία μετέβαλεν εἰς τὸ ἀνριθμὸν καὶ ἄμωμον.

Intentius in argumenta horum carminum inquirere, quidque illis contineri potuerit aut contentum fuisse non improbabile sit, accuratius definire, huic quidem conatui grandis alea inest, quum subtilissima res sit vagarumque conjecturarum patientissima.

*Tragoediae*¹³⁾ autem cycli Thebani sunt haec: Aeschyli Laius Oedipus, Septem ad Thebas, Eleusinii, Argivi, Epigoni, quarum Septem sola superstes. — Sophoclis Oedipus Rex, Oedipus coloneus, Antigone. — Euripidis Oedipus ad nos non devenit, Phoenissarum autem argumentum fere idem est atque Aeschyleae Septem. Alterum etiam drama "Ἐπὶ Θῆβας nominatur, auctore Amphide, comicum (Fabr. Bibl. Gr. T. II. p. 410. ed. Harless.).

¹²⁾ Aequalis erat Pisander Larandensis Alexandri Severi. (Groddeck h. l. I, 38.)

¹³⁾ Lyricis carminibus res Thebanae raro tantummodo et obiter commemorantur. Oedipus quidem tanquam fortissimus deque patria optime meritns heros celebratur a Corinna Schol. Phoen. 26. — Pindarus quum summas res attingeret Ol. II, 38 nuptias Oedipodeas et exsecrationes consulto praetermisit: namque Therontis laudes celebrabat, qni originem a Thersandro Polynicis filio duceret. — Praxilla ad Chrysippi amorem causam malorum refert, nec tamen prima, licet epicis non commemoretur illud scelus. Oraculum enim illud notissimum serius in hanc formam redactum videtur: priorem verbis illis Sch. Vrat. Pind. Ol. II, 70 latere dicit Schneid.: Λαΐς Λαβδακίδη ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων.

Eubuli Oedipus forsitan fons fuerit versuum, quos schol. servavit ad Oed. Col. 1375 (Athen. VI, 239). Meletos denique tragoeiae Oedipodeae auctor in Aristotelis didascaliis nominatur, secundum Schol. Plat. 330 B. Welcker Tril. 527. Nitsch pag. 561.¹⁴⁾

Quaenam tragicis carminibus ratio intercesserit cum epicis, a Nitschio nuperrime in disquisitionem vocatum est, contra Welckerum disputante. Quamvis non ego tantas hos inter tantos ausim componere lites, tamen quae ad nostram rem pertineant, expromere coner. Atque primum quidem quum in universum tum exemplis demonstrasse videtur Nitschius, tragicos non tam arce et presso quasi pede epicos secutos esse, quam Welckero visum erat. Confitendum est, mythos per longum temporis spatium, quod intererat inter epicas et tragicas compositiones, perquam mutatos esse non casu tantummodo neque hac illave solum re levioris momenti addita aut immutata, sed in universum religionibus et ut ita dicam, fidei populi conformatis et exultis non jam respondebant, quae epicae aetati convenerant. Itaque-factum est persaepe, ut rerum personarumque facies tragicis poetis commutanda esset. Porro quum longe alia sit tragicae poeseos indoles quam epicae, fieri non potuit, ut hujus argumenta illi et ipsi omnia proponerentur, id quod singulis demonstrat Nitsch Sagenp. pag. 419—446, 499—525. Qui si recte disputavit, epica carmina versantur in rebus ab hominibus susceptis, tragica in poenis a Diis impositis, qui jus et aequum vindicarent: in illis homines diique eorum adjutores, studio et ira, non ethica ulla ratione commoti trahuntur in partes: in tragicis dii ex nomine divino homines, juris humani divinique laesores, poenis persequuntur:

¹⁴⁾ Inter Romanos praeter Statii notissimum carmen Pontiens quidam Thebaidos auctor laudatur Propert. I, 7. 1. — Seneccae Phoenissae, poeticarum virtutum expertes, sententiis philosophicis referatae sunt.

epica carmina materiis magis inservientia res armis manibusque gestas uberius expandunt: tragica, coercitis illis, ante oculos proponunt, quae in animis pectoribusque agantur. Atque quum epica carmina re quadam extera ad finem adducta subsistant, sive illa urbis sit ἀλωσις aut πέρσις, sive herois νόστος aut τάχος: tragoediarum argumenta ad justum piumque finem adducantur necesse est, quo quidquid peccatum est contra jus fasque divinum, sit expiatum.

Quae omnia apud Aeschylum prae ceteris valebant. Namque longe alio is more, quam qui ante eum τὸν τυχόντας μύθον τρagoediis tractabant, quarum personae dira magis patarentur, quam debitas poenas luerent, longe aliter, inquam, talia tantummodo argumenta eligebat Aeschylus, quae indolem vere tragicam prae se ferrent. Cognoscimus in trilogia Aeschyli superstite, nec non in ceterarum partibus, deos aquos et severos regere fata hominum et scelera ulciscentes prosequi eos, donec pectora superbientia ad jus fasque revocentur, ut est in Prometheo: aut quum homines insolentes alterutrum crimen non committere non possunt, a diis poenâ culpâque liberentur, ut est in Orestea, aut exstirpato genere scelesto sublatisque criminum vestigiis recedat Erinnys, ut est in Oedipodea.

Haec in universum praemonuisse sat videbatur. Apparet inde, Aeschylo in eligendis fabularum argumentis non satis fuisse, si quid epice antea elaboratum esset, neque in depingendis personarum moribus factisque, in componenda tota trilogia eum pendere ex carminibus prioris aëvi epicis. Quamquam ipsa haec carmina, clarissimarum gentium historiam referentia, tragedis copiam rerum personarumque suppeditasse, maxime semper omnibus erat consentaneum. Sed in eligendis et conformandis rebus religione quādam opus erat tragicis: quae in epicis carminibus historice referuntur, illis ethice probanda erant, neque laetus tantum aut tristis exitus ante oculos ponendus, sed utriusque justae aequaeque causae et rationes. —

Quaenam sint epica in mythis Thebanis, quaenam tragica, non est quod hoc loco exponamus: singulas quasdam res enarravit Nitschius cap. XXI. Neque magis nos, quum in eo simus ut ad Aeschyli fabulam Thebanam accedamus, pluribus exponeamus, quae aliter sint ab Aeschylo quam a Sophocle, Euripide, aliis descripta, quum singula in singulis dissertationis partibus repetenda forent. Relatis igitur breviter *sententiis de nostra trilogia prioribus et reperta didascalia*, disseretur de *trilogiae ut ajunt idea, de culpa uniuscujusque Labdacidarum, de argumento Laii Oedipi Septem fabularum, postremae vero singulae scenae exegetice describentur.*

Septem ad Thebas fabula, cuiusnam trilogiae pars fuisset, grammatici summopere certabant, diuque sub judice lis erat, donec paucis abhinc annis didascalia reperta est. Complectentes breviter, quae a viris doctis antea judicata sint de trilogiae compositione, initium faciemus indidem, quo redeundum erit, a compositis in trilogiae ordine Laio Oedipode Septem. *Hermannoo¹⁵⁾* quidem quum de compositione tetralogiarum tragicarum ita disputaret, ut ex una illa superstite Orestia tanquam legem quandam derivari posse arbitraretur, „primam fabulam mentis potissimum atque animi oblectationi, actione gravi plene atque explicate ad finem perducenda inservire, secundam cantorum modulatione ac multiplici varietate aures permulcere, tertiam denique oculos novo atque insolenti spectaculo percellere ac retinere“: similitudo illi quidem permagna intercedere visa est inter Sept. Pers. Choeph. Suppl. Eodem igitur trilogiae loco, quem Choeph. obtinet, obtinuisse Persae traditur, Suplices ponendam censuit: Septem se nescire an tertium

¹⁵⁾ Aliquanto prius C. G. Siebelis de Aesch. Persis (1794) pg. 24. Oed. Lai. Sept. conjungendas censuit priorum locis calamis errore mutatis. Hunc et Hermannum sentus est E. R. Lange de vita et opp. Aesch. Berol. 1832.

locum habuerit. Praegressam huic fabulae alteram esse conjuncti argumenti inde maxime statuit, quod versu 707 Well. 691 Herm. somnii cuiusdam quasi noti spectatoribus mentio fiat. Cur tertio loco posuerit atque ex Aeschyli fabulis Lai. et Oed. praemiserit, causam non addidit. Ratio igitur hujus conjectuae mere fortuita erat, neque habebat, quo commendaretur, nisi illam, quam tituli arguerent, argumenti continuitatem: ab Hermanno ipso, Welckero momente, rejecta est¹⁶).

Monuit autem Welcker, verbis illis (Tril. 361.)

ἄγαρ δ' ἀληθεῖς ἐννπιών φατασμάτων
οὐφεις, πατρόφων χρημάτων δατήριοι

Eteoclem tam aperte quae secum volvat exponere, ut facile chorus ac sponte comprehendat, si quid de somniis, nondum cuiquam notis commemoret. Vel eo quod tam acriter in virgines invehatur Eteocles, demonstrari, totam jamjam urbem, dirarum bene memorem timere. Ceterum ominis evitandi causa diserte de diris nil dicitur, sed ubi primum de illis Eteocles verba facit; chorus et ipse earum recordatur atque exeunte rege appareat, malorum nexum choro perquam notum fuisse. Qui quoniam exponatur ab illo, Welcker sibi persuasit, praecedentem fabulam de gente Dīs inferis sacrata nil agere. Nobis recta edoctis inprimis idoneum visum est, quum fabula in eo sit, ut ad finem exitumque properent fata Labdacidarum, denuo proponi breviter horum causas rationesque.

Welcker igitur in eo libro, quo demonstravit, maxime propriam prorsusque solennem fuisse Aeschylo rationem illam componendi trilogice fabulas argumento conjunctas, ex cyclo Thebano hasce proposuit

¹⁶) Quamquam in editione illa postuma Herm. I, 357 not. 182 denuo affirmatur, in Oed. praecedente de his somniis dictum fuisse.

Αἴος, Σφίγξ, Οἰδίπονς.

*Νεμέα, Ἐπτά, Φοίνισσαι*¹⁷⁾.

Ἐλενσίνιοι, Ἀργεῖοι, Ἐπίγοροι.

Is autem erat W., ut statim profiteretur (Tril. 309. 482) fieri non posse quin in tanta conjecturarum multitudine non paucae immo multae falsae essent. Neque igitur erat quod Hermannus, quasi oblitus, eximios viros fuisse in Danaorum exercitu *καὶ μετ' Ἀχιλλῆα ὁγκήνορα θυμολέοντα*, tam acerbe in illum invehernetur¹⁸⁾. Qui Welckero conjecturas „non ita diurnas“ objiceret, et ipse priorem suam antiquat propositâ trilogiâ

Ἀργεῖοι, Ἐπτά, Ἐλενσίνιοι.

Postremam tragoeidiam W. quoque mutato consilio tertio loco fuisse conjecit, hasce conjugens:

Laius, Sphinx, Oedipus.

Nemea, Septem, Eleusinii.

Epigoni, Argivi, Phoenissae¹⁹⁾.

Uterque igitur cum iisque alii²⁰⁾ principio erraverunt, quum Septem partem censerent esse trilogiae, quae Labdacidis postpositis, Argivorum res complecteretur.

¹⁷⁾ *Phoenissas Aeschyli omnino non extitisse docemur a Bekkero ed. Poll. VII, 91.*

¹⁸⁾ *Leipz. Liter.-Ztg. 1825, 1—3, 1827, 13—15. Opuscul. VII, 190—210.*

¹⁹⁾ *Schulzeitung 1832, II, pag. 164. Rh. Mus. Suppl. II, 1, 1839, pag. 29.*

²⁰⁾ Cf. Schmidt in Jahn. Jahrb. 1838, 23, pg. 261.

Eckermann Melanippe pg. 52, 80 sqq.

C. W. Mueller de A. S. e. Theb. Goett. 1836. pg. 44.

Max Plankius Ztschr. f. Alth. IV. 1847. n. 110 sqq.

Bellmann de ternione Prom. pg. XLVII, LVII hasce confinxit:

Laius, Oed., Nemea, lege Sphinx.

Argo, Hypsipyle, Nemea.

Argea, Septem, Phoenissae.

Eleusinii, Eleusinia, Epigoni.

Klausen in eo libro, quo cordatissime disserit de theologumenis Aeschyli tragicorum, hanc sententiam profert: Animadvertisimus hujus tragodiae duas esse partes: vs. 1 — 639 agitur de hostium impetu et de patriis Thebarum diis, qui ut eum propulseant invocantur; in posteriore de fatis et de conditione domus Labdacidarum, in quibus Apollo et Furiae auctoritatem exercere perspiciuntur. Jupiter superbiā hostium dejectā cum diis indigenis Cadmi urbem servat incolumem. Sed quoniam Thebis quoque, quarum sors pendet a regum facinoribus, interitum vaticinatus sit Apollo, neque unquam irrita maneant θέσης, quoniam praeterea impietatem committant Thebani, arcentes sepulturā Polynicem, exspectamus urbis exitium. Itaque in extrema tragodia diversas, quibus moti in fabula Superi egerint, rationes videmus conjunctas ad eundem tendere finem. Itaque tertia fabula egisse putanda est de fatis Antigonae et Oedipodis morte: primam in Argivorum rebus versatam esse antea exposuit.

Haberemus, si recte disputasset *Klausen*, tripartitum argumentum: fata Argivorum, Labdacidarum, Thebanorum: Argivorum fata exitu carerent; non enim, si tota fabula prima versaretur in rebus Argivis, hae ad finem perductae forent nece fratrum, sed ceterorum quoque ducum caedes exponendae erant: Labdacidarum res initio carerent, postremorum tantummodo strage errarrata.

Uberius rem retractavit *Bodius*, neque tamen certi quidquam elaboravit. Probamus quae disputat (Hellen. Dichtkunst III. 293.): „Die Idee einer gerechten Weltordnung, deren Allmacht sich am Ende der Trilogie offenbaren sollte, stand also dem Dichter bei der Anlage des ersten Stückes schon klar vor der Seele. Er wollte den gänzlichen Untergang des Labdacidenstammes als eine verdiente Fügung der Vorsehung schildern“. Sed quod inde concludit, omnibus qui rem consociassent cum Labdacidis, et ipsis pereundum esse eorumque omnium stragem eadem trilogiā enarrandam, prorsus arbitrarie

contendit. Neque firmior est altera causa, cur sequentem fabulam desiderat. Ipsius verba sunt haec: „Nun stirbt aber der Held im wirklichen Gegensatz mit der Idee des Göttlichen, und eine Versöhnung des Widerstreites von Freiheit und Nothwendigkeit, der beiden äussersten Elemente des Lebens, findet weder im gefesselten Prometheus noch in den Sieben statt“. Recte quidem de Prometheo vincito: sed quod aequo jure, atque illum, Eteoclem fabulae heroa appellat, Bodius sine dubio perverse fecit. Quomodo Aeschylus intentionem patraverit, quam verbis supra laudatis recte exposuit Bodius, infra exponemus. Ceterum quid sentiat vir doctus de hac trilogia ex verborum copia et multiplici varietate enucleare nequivimus. Etenim quum ageret de Aeschylo, planum judicium non expressit, sed tum demum, quum de Euripide loqueretur (pag. 507). „Aeschylus wählte den Untergang und das Begräbniss der Sieben zum Zielpunkt einer ganzen Trilogie und den Wechselmord der beiden Söhne zum Gegenstand des Mittestücks“.

Quicunque²¹⁾ praeterea de hacce tragodia disseruerunt, plerique fere extremā scenā inducti crediderunt, alteram fabulam secutam esse, qua Polynicis funus patraretur. Quos hoc loco praeterire fas erit, quum intra exposituri simus, quam rectissime hac scena fabulam finiri²²⁾.

²¹⁾ *Rochefort Bruuoy théâtre des. Gr. IV*, 201 c'est un autre intérêt, ce sont des autres personnages que ceux qui ont occupé le spectateur pendant la pièce, ainsi c'est un véritable commencement d'une autre tragédie.

Suevern Uebers. der Sieben. Anhang pg. 135 — 139.

Gruppe Ariadne pg. 52.

Bernhardi Lit.-Gesch. 2, 766.

E. A. J. Ahrens Aesch. Fragm. 221.

Schoell Beiträge pg. 534. Das neue Pathos der Antigone schliesst sich an, das erst die folgende Tragödie erschöpfen soll.

²²⁾ *Schneidewin Philol. III, 2, 1848, conjectit, ipsā hac scenā Sophoclem commotum esse, ut Antigonam componeret. In-*

Aliter rem expedivit *Boekh*²³⁾: „Haec tragoedia ni fallor Epi-gonis continuata est, licet hanc atque illam in una et eadem trilogia fuisse non necesse sit: etsi enim non uno die, non eodem festo atque adeo anno fabulae agebantur argumento conjunctae, tamen sive exspectationis movendae causa sive quod ita rei naturae convenire putabant, priorem tragoediam ultra proprium modulum in alterius fines excurrere passi sunt, qua de re eximie disserit Suevern de Schill. Wallenstein pag. 220.“

Labdacidae igitur nec Boekhio primas partes agere vide-bantur. Ac si quid esset in tragoedia, quare justum piumque exitum desiderares, ad alium quendam diem festum ablegare spectatores, poetae vix fas erat. Prometheum, ut hoc exemplo utar, vinctum altero, altero festo solutum docere, quis con-cessisset Aeschylo. Ad finem justum deduci tragoedias ne-cesse erat; diversarum trilogiarum laxior nexus habendus est, neque ita multum facere potest ad primam, utrum altera con-juncti argumenti trilogia altero die festo secuta sit, necne.

Sed age relinquamus huncce conjecturarum agrum, in quo plerumque fere messis in herba remanet. Exspectemus potius, id quod monuit Hermannus VII. 210., donec quid novis repertis testimoniis innotescat. — Quibus contigit, ut didascalia ipsa innotesceret, licebit, ut accuratius quodammodo in nostrae fa-bulae trilogiam inquiramus. Antea vero ipsam didascaliam cognoscamus.

Librorum manuscriptorum, quibus debemus Aeschyli tra-goedias, longe princeps est codex Medicaeus in bibliotheca

geniose hoc animadversum est, quamquam primum a Weller-
cker, qui in libro de trilogia scripto his verbis usus est:
pag. 366. So wie der Heldengeist der Antigone (am Ende
der Sieben) dem Sophocles die Idee einer eignen Tragödie
eingab.

²³⁾ De Gr. trag. princip. 1808, pag. 269.

Laurentiana Florentiae asservatus. Mutilus ille quidem, quum Agamemnonis magna pars, Choephororum initium deficiat, sed ceterorum tamen fere omnium sous, conscriptus est saeculo p. Ch. decimo. Ex illo Orestia tantummodo collata, ceterae tragoediac nondum satis excussae erant, quum auctumno anni XLVII. didascaliam nostrae fabulae invenit Joh. Franz, prof. Berol. Est autem in codice illo Mediceo plut. XXXII. 9. argumento inserta in folio 169. (*KA* 65.) in quo explicit fabula Eumenides, incipit Septem contra Thebas, in ima pagina posita ita:

'Εθιδάχθη ἐπὶ Θεαγέροντος (leg. *Θεαγενίδον*) *'Ολυμπίαδι ὥη.*
ἐνίκα Λαίφ, *Οἰδίποδι,* *'Επτὰ ἐπὶ Θήβαις,* *Σφιγγὶ σατυρικῇ.* δεύτερος *Ἄριστίων* (leg. *Ἄριστίας*) *Περσεῖ,* *Ταυτάλῳ,* *Παλαισταῖς*
σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνον πατρόσ· τρίτος Πολυφράσμων (leg. *Πολυφράδμων*) *Λυκονοργίᾳ τετραλογίᾳ.*

Fides didascaliarum maxima et certissima est. Documenta enim illa, quae „initio fabulam a poëta conditam et institutionem scenicam significabant, serius etiam libellum designaverunt, quo fabularum census et argumenta, quoque loco et tempore, quove successu eae actae fuerint, quinam eas poetæ docuerint, qui egerint histriones, quis chorum dederit et horum similia contulerentur“²⁴⁾). Atque ut „leges, senatus consulta, foedera cum exteris pacta, victorum in solemibus ludis nomina, aliaque id genus plurima, lapidibus aut aeri incisa proponere solebant Graeci, quo et coguosci a populo facilius possent et ad posteritatis memoriam certius propagarentur“²⁵⁾) ita cum pietate quadam haec quoque et describebantur et asservabantur. Namque ab universo populo scenici poetæ, quibus corona adjudicata esset, egregio honore digni habebantur. Scilicet insita erat Graecis, quanta nulli adhuc nationi,

²⁴⁾ Groddeck h. l. 149.

²⁵⁾ Schoem. Antiquit. jur. publ. Gr. pag. 11.

grata erga eximios homines admiratio, utrisque decora²⁶⁾). Vicisse in popularibus ludis maximum decus et summa gloria aestimabatur: aeque fere in re scenica erat: neque inter vivos tantum honorem victores assequebantur, sed digni illi quoque habebantur, quorum nomina laudesque publicis monumentis posteritati traderentur.

Quanto ad historiam literariam momento didascaliae sint, ab Aristotele usque ad nostros dies omnes viri docti consentiunt. Adde quod nulla illis certiora sint antiquitatis monumenta, neque ulla adhuc fuerit de qua suspicio orta sit, quasi quid falsi tradat. Nihilominus doctus quidam vir fuit, qui spuriam hanc nostram didascaliam esse malit, quam viorum doctorum conjecturas omittere. Si quis²⁷⁾ profiteri non dubitat, se poenitere inventae didascaliae²⁸⁾, neque catus neque cordatus habendus est. Decebat eum vel hanc rem doceri a Welckero: qui quum innotesceret nova didascalia, prae recta doceri se passus est, secum Solonis illud revolvens: *γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος*. Richter vero philologorum sententias, conjecturas, sensus poeticos (philological and aesthetic feeling) una manu pendit, altera didascaliae testimonium. Disputare contra talia prorsus supervacaneum: videamus potius, quid e didascalia discendum sit.

²⁶⁾ Explicare solet Welcker ex hoc pio gratoque more animoque rem in historia literarum memorabilem. Pindarum nos quidem tanquam maximum poëtam Graecorum lyricum eolumus et veneramur: quamquam Simonidem majorem fuisse omnis antiquitas clamat. Jam qui factum est, ut nil de Simonide nisi laudatissimum nomen ad nos devenerit, quum paucis tantum annis ante vixerit? Ex carminum argumentis ratio petenda est: namque Pindarus *epiniciis* maxime excelluit: hymni et ipsius prorsus perierunt.

²⁷⁾ Richter in the classical Museum. XXV. Lond. Octb. 1849.

²⁸⁾ It would not be matter of complaint if this didascalia had not been found.

Erat igitur trilogia, cui nomen Oedipodeae fuerit, haec: Laios, Oedipus, Septem, cum Sphinge satyrica, novum quidem exemplum tetralogiae Aeschyleae. Altera forsitan Eleusinii, Argivi, Epigoni fuerit²⁹⁾). Docebatur autem haec nostra Ol. 78, 1. quo anno archon fuit Theagenides, ut est in fastis. Atque argutissime quidem de tempore, quo fabulae Aeschyleae commissae essent, Schoemannus judicaverat. Namque cum constaret, Persas anno quadringentesimo septuagesimo secundo, Septem post Persas³⁰⁾ et ante Aristidis mortem³¹⁾, Orestiam

²⁹⁾ Welek. tril. 372.

³⁰⁾ Οἱ μὲν Πέρσαι πρότερον δεδιδαγμένοι εἰσι, εἴτα οἱ Ἐπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Ad Aristophanis Ranas 1021.

³¹⁾ In Aristidem omnium oculi convertebantur, versu illo recitato 573 Herm.

οὐ γάρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ᾽ εἶναι θελει

Plut. Aristid. 26. Nepos 3. — Auctorum locus hunc versum citantium enumerat Hermannus II, pag. 315 — 317, not. ad v. 573. Discrepant illi inter se, quum Plat. de rep. 361 B aliique hunc forte secuti exhibeant δίκαιος, itemque Plut. in vita Aristidis: ἄριστος vero cum eodem Plnt. de aud. poet. pag. 32 E, dict. reg. et imp. pag. 186 B, Tzetza Chil. IV. 982. (Herm. pag. 311) habent omnes libri Aeschylei. Hermanno, qui scripsit ἄριστος, alterum aequem fere probabile videatur: dubitari nullo modo posse, quiu Aesch. ἄριστος scriperit, hisce causis commoti credimus. Primum quidem contextus hic est, ut nuntius referat de Amphiarao, qui quamvis impiorum sit socius, quamvis mors ipsi certissima, fortiter tamen pugnare constituerit: μαχώμεθ' οὐκ ἄτεπον θλιψῶ μόχον. Parthenopaeus quidem, de quo proxime retulit nuntius, signis superbis usus, virtutis speciem sequitur, ejusque ἄροσια πομπίσματα a nuntio et Eteocle notantur: Amphiaraos jactationem aspernans, non signis sed factis vult conspici. Neque proximis neque remotioribus enim quinto heroe relationibus, illae cum „justitia“ rationes intercedunt. Deinde quod Herm. veri simile posse videri dicit, ab Aeschilo scriptum suisse δίκαιος, si ob eum versum oculi omnium sint in Aristidem conversi — Justum enim illum ab omnibus esse vocatum: — mihi quidem propter nominis Aristidis cum ἄριστος concentrum facilis etiam hoc ad illum referri posse videtur. Porro si quis totā fabulā cognitā legat hoc loco δίκαιος, fieri

anno quinquagesimo octavo commissas esse, et Schoemannus demonstrasset ex causis, quas hoc loco repetere non opus est, Prometheus vetustissimam esse (id quod nostra didascalia confirmatur Franz pag. 6.), ex subtili linguae stilique discrimine hoc probavit: Promethei et Persarum simplex oratio est et facilis: in Orestia audax et tumosa: ad Orestiam proprius accedit Septem. Ingeniose igitur conjectit, hanc grandiloquentem rationem adeptum esse poetam, quum Sophocles aemulus prodiisset, quem sublimitate superare conaretur. Si quidem Sophocles uno vel duobus annis ante LXVIII^{mum} annum fabulam docuit, hoc ipso anno, quo Aristides mortuus est, commissam esse Septem fabulam secundum Schoemannum jam ante publicatam didascaliam suspicabamur. Ex definito anno apparet, Aeschylum non statim post cladem a Sophocle ei paratam secessisse in Siciliam; neque is erat Aeschylus, qui tali clade admodum moveretur, sed qui suae virtutis conscientius, Aetatis tragoeidas voveret³²⁾), atque recte jam Welcker monuerat (Tril. 518.): „Ein Athener und Marathonsieger, nah dem Greisenalter, brauchte wohl mehr Grund, um seine Vaterstadt

non potest, quin Polynicis recordans, qui Αἰσχύλος in clypeo expressam gerat, hunc specie, Amphiaraum re vera Instum esse dicat. Neque tamen haec tam arcta inter utrumque heroa relatio ferri potest, quoniam ad sequentem postremi herois imaginem poëta prospicere non debebat, spectatores non poterant. Ji vero, qui versum citarent, facilius fere Polynicis memores eique Amphiaraum comparantes δικαῖος scripsierunt, vel hoc forte simillimo versu inducti Eumen. 422 He. 408 Wel. οὐκέτι δικαῖος μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θελεῖς. Facillime denique, quoniam Aristidi nomen Justo esset, hocce in versum recipi potuisse nemo negaverit.

³²⁾ χρόνῳ τὰς τραγῳδίας ἀνατιθέται Athen. VIII, pag 348. E. — Conjectit Franzius, Aeschylum ex Sicilia, quam post Oedipodeam commissam petisset, reducem iis praesertim fabulis operam dedisse, quibus primum suum in Argivos, quibuscum Ol. LXXIX, 2 foedus ictum esset, animum ostenderet. Ex hoc numero Danaidem et Oresteum, nec minus Epigonorum trilogiam esse.

zu meiden, als dass er an einem Dionysischen Festzug nicht
gekränzt worden war, was doch Keinem an allen zu Theil
werden konnte“.— Polyphradmon, qui secundum illo anno locum
obtinuit, Phrynichi filius Lyurgiā tetrologiā Aeschylum videtur
imitatus esse: Pratinæ fabulam *Παλαιστας* silius docuit eodem
more, quo de Aeschyli fabulis decretum fieret, τὸν βονδόμερον
διδάσκειν τὰ Αἰσχύλον, χορὸν λαμβάνειν. Ad hancce a filio
doctam fabulam referendum sit, quod Pratinas cum Aeschylo
etiam certasse traditur (Welck, ep. cycl.). Aristiae illae tra-
goediae ad trilogiam argumenti continuitate nexam redigi non
posse videntur: inde Franzius concludit, „vel ante Sophoclem
fuisse, qui trilogias argumento non nexus compонerent, quo-
niam ille non possit videri innovasse quidquam in docendis
tragoediis, quod anno insequente fecisse Aristiam videamus
(pag. 8.): Nitschius contra pag. 476. Aristiam, Sophoclis exem-
plum secutum, tragedias argumento diversas docuisse puta-
vit. Sed posteaquam Aeschylus primus trilogicam compo-
sitionem invenit, qui post inventam illam sive cum Aeschylo
sive inter se certarent, num ad unum omnes hanc formam imi-
tatos esse credideris? eorumque qui forte imitabantur, num
trilogiae omnes tam arcto nexus continebantur, quam Aeschy-
leae? Nonne laxior interdum ratio intercesserit inter singulas
tragedias, quae comparata cum Aeschylea, nulla videatur esse?
Ac si quis sibi persuasit, per triginta fere annos, quibus ante
Sophoclem fabulas doceret Aeschylus, nullas nisi trilogias ex
more Aeschyleo compositas esse, tamen verba illa notissima
Suidas, siquidem intelligi voluisset, Sophoclem primum singulas
argumento inter se diversas tragedias docuisse, justo obscu-
rius expressisset. Quae verba nescio an cum C. Fr. Her-
manno, Gottesdienstl. Alt. §. 59, 23 et Nitschio pag. 476, 477
hoc modo sint explicanda. Sophocles primus auctor fuit do-
cendi disjunctim fabulas, ut uno eodemque die una cujusque
fabula committeretur, quo facilius possent comparari inter se.

Quatuor quidem cujusque fabulae doceri non desitae sunt, cuique vero dudum licitum, ut argumento eas conjungeret aut non conjungeret. Jam quum eximia illa trilogyae forma ab Aeschylo praecipue coleretur, a ceteris plus minus omitteretur, factum est, ut non jam tota tetralogia compararetur cum altera, sed fabula cum fabula. Quae quum in dies magis argumenti continuitate destituerentur (neque multi profecto mythi erant, qui talem indolem pree se ferrent, ut trilogice possent conjungi) non jam in universum de tota trilogya judicabant Athenienses, sed hunc coronam donabant, cujus plurimas de quatuor fabulis populus probasset. Hujus vero rationis, qua singulae singulorum poetarum tragediae una committerentur, singulae dijudicarentur, auctor Sophocles videtur extitisse.

III.

Trilogia, quae fabulis Laio, Oedipode, Septem composita est, ab Oedipode scenis agitato Oedipodea nominata fuerit. De totius trilogyae compositione quid judicatum sit aut judicandum exposituri sumus.

Quam arcte in illa cum Labdacidis Thebarum fata conjuncta fuerint, vel ex oraculo Laio dato perspicias: *γέρρας ἄτερ σώσειν πόλιν.* Monstrum deinde horrendum, causa itineris Laii, nec non pestis illa qua efficeretur, ut Oedipus stirpem cognosceret, Thebas cum regibus oppressit. Quidquid delirant reges plectuntur Achivi³³⁾). Quod quantopere inde ab Eteoclis verbis, quibus patriam θρεπτήρια flagitare dicit, usque ad ultima tragediae verba

μετὰ γὰρ μάκαρας καὶ Διὸς ἵσχεν
ὅδε Καδμείων ἥρως πόλιν
μὴ ἀνατραπῆται μηδ' ἀλλοδαπῶν
κύματι φωτῶν
κατακλυσθῆναι τὰ μάλιστα

³³⁾ δέδοικα δὲ οὐν βασιλεῦσιν

μὴ πόλις δαμασθῆ. V. 745 H. 746 Well.

tota fabula expressum sit, non est quod pluribus exponatur. Hoc solum commonefacimus, quod quum de imperio tantum fratrum certamen sit, Argivi Thebas non expugnare sed funditus diruere constituerunt³⁴⁾). Servatam esse dis juvantibus urbem, cui toties tamque atrociter cladem hostes auspicati essent, non poterat non commemorari, ut non recte videatur animadvertere Patin, Aeschylum extremis fabulae verbis „callide“ respexisse ad urbem, spectatoribus sibique operis unitatem persuasurum³⁵⁾). Crediderim de hacce unitate spectatores poetamque nil dubitasse, neque callidius quam simplicius urbis salutem propositam esse sub finem, sed re vera hacce niti fabulam hoc pacto, ut in substratis urbis vicissitudinibus Labdacidarum fata depingantur.

Fatorum autem nexus proficiscitur ab oraculis dirisque. Neque vero oracula inflexi numinis fatalia praecepta sunt, quibus res humanae subjectae sint, neque dii arbitrio in homines utuntur tali, ut quem velint bonum, alterum malum reddere possint, hunc ad scelera, illum ad virtutem inducentes. Etenim summopere cavendum est, ne auctoritatem, qua sint ad res humanas Deorum numina, talem existimemus esse, ut omne hominum arbitrium tollatur. Est inter Deorum numina hominumque pectora haec vicissitudo, ut quod hisce insitum sit et ad quod propensa sint, ad idem instigentur a Diis³⁶⁾), neque qui sua sponte bona indole est, in contrarium flecti potest a

³⁴⁾ Vss. 47, 409, 416, 564, 624, 756, 1029 Well.

³⁵⁾ Patin études sur les trag. gr. pg. 106. C'est une ruse de composition au moyen de laquelle le poète veut faire croire à l'unité de son oeuvre; peut être aussi un sophisme pour s'en persuader lui même.

Etiā apud Euripidem post Oed. et Antigonae dialogum chorus victoriam celebrat extremis fabulae verss. 1751 — 1753. Valek.

³⁶⁾ ἀλλ᾽ ὅταν οπεύδῃ τις αὐτὸς χώθεος ουράπτεται. Aesch. Pers. 742. Überius de hac re Schoemannus disseruit Eumen. 30, 74. Prom. 133 p.

Diis. Oraculorum autem haec propria vis est, ut iis, quae sua sponte homines moliantur, Dii vel annuant vel abnuant, eoque illi vel confirmentur vel deterreantur a proposito: dirae laesi viri non desiderium tantum ultiōnis, sed fiduciam exprimunt, quae nititur Deorum justitia³⁷⁾.

Laudatur quidem de tragica arte:

Sie sieht den Menschen in des Lebens Drang
Und wälzt die grösste Hälfte seiner Schuld
Den unglückseligen Gestirnen zu,

neque tamen hoc ita fit, ut qui ingentibus malis obruatur, fato compulsus culpaque liber putandus sit, sed eodem potius pacto, quo singuli quique ad Deos fatumque revolveare conantur suas ipsorum culpas, qua re neque ipsi neque alii falluntur. Constantis sinceraeque mentis esset, profiteri: ἀασάμην, οὐδ' αὐτὸς ἀρείουμαι! plerique vero culpam dissimulantes cum Agamemnone loquentur:

ἔγὼ δ' οὐκ αἰτιός εἰμι
ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἡροφοῖτις Ἐριννές
οἵτε μοι [εἰν ἀγορῇ] φρεσὶν ἔμβαλον ἄγριον ἄτην³⁸⁾.

Sed sicut non Furiarum taedis ardentibus agitantur et perterritur, qui aliquid impie scelerateque commiserint, sed suae

³⁷⁾ **Erinnyes patrant Diras.** Λέγεται δὲ Ἐριννής τὴν ξεῖν ἀράς τοῦ πατρὸς τιμωρησαμένην αὐτοὺς δύναμιν. **Schol. ad Sept. v. 934.** Schwenk (ed. 1818) pag. 183.

³⁸⁾ **Sive cum Klytemnestra Choeph.** 897 et 898 He. η Μοῖρα τούτων, ὁ τέκνου, παραιτεῖται. Atqui Agamemnon confitetur, piacula sibi solvenda esse et Klytemnestrae Orestes respondeat, eandem Μοῖραν non culpae magis quam poenae causam esse.

(Cf. **Oed. Col.** v. 250. οὐ γὰρ ἴδοις ἀν αὐθόσην βροτὸν ὅστις ἀν εἰ θεός ἄγοι, ἐκφυγεῖν δύνατο.

Cf. 967—997. Phoen. 1750. τὰς γὰρ οὐ θεῶν ἀνάγνας θυητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.

Dergleichen Aeusserungen darf man nicht als Beweise einer die Zurechnung aufhebenden Ansicht von unwiderstehlich zwingender Gewalt göttlichen Einflusses auf den Willen der Menschen anführen. Schoemann **Eumen.** pag 74.

quemque malae cogitationes conscientiaeque animi pungunt, tanquam assiduae domesticaeque furiae: aeque ad committenda scelera non Ates quadam libera et infinita vi et potestate homines inducuntur et impelluntur, sed quemque malae libidines affectusque animi daemonum instar excitant amentiaque afficiunt. An erit forte, qui neget, Agamemnonem quum Iphigeniam immolaret, Clytemnestram quum Agamemnonem, Orestem quum Clytemnestram occideret, revolvisse animis idem fere quod de Macbetho daemonia illa cantant:

„Er kann es vollbringen, er kann es lassen“³⁹).

Jam vero licet aliquis autumet, cum Graeca Aeschyleae aetatis religione consociari potuisse hunc „sombre fatalisme“, num idem contendet, tragodiae argumentum versari potuisse in innocentis hominis fatalibus et immensis neque unquam com-

³⁹⁾ Schiller Shaksp. Macbeth I, 1. Convenienter mihi videor citare hoc loco G. G. Gervinum (Shaksp. III, pag. 315). Die Kehrseite der alten Eumeniden, sind diese Schicksals-schwestern (weird sisters) nicht die Rächer nach der That, sondern die Versucher vor derselben. . . Es ist ihnen aber keineswegs eine bestimmende mechanische Macht über die Menschen gegeben. Sie erzeugen keine Thaten, noch beginnen sie die bösen Antriebe der Seele. . . Der Dichter hat diesen Geschöpfen die Macht gegeben, die Menschen zu versuchen, zu verlocken, mit zweidentigen Orakeln zu schrecken, mit Trug und Täuschung zu bestreiken . . . aber fatalistisch dem menschlichen Willen Gewalt anzuthun, haben sie keine Befugniß. Sie sind die blosse Verkörperung der inneren Versuchung . . . sie sind die Schicksalsschwestern nur in dem Sinne, in dem wir nach Göthe's wie nach Shakespeare's Vorstellung unser Schicksal selber im eigenen Busen tragen. . Sie versinnlichen die böse Seite seines Wesens, in ihm selbst sind diese bösen Mächte.

Atque ipse Orestes quum in eo esset, ut matrem occideret, tantum aberat ut eaeo fato impelleretur, ut e Pylade peteret, utrum occidere eam fas esset an minus:

Πυλάδη τε δράω; μήτρος αἰδεσθῶ κινεῖν;
Choeph. 897 stereot. 887 Herm.

pensatis malis? ⁴⁰⁾) Nobis longe alia futurae vitae conditio proposita est atque Graecis, nos virtutem in contempnendis malis ponimus longe alio more atque Graeci: ne nos quidem aequo animo toleraremus tale fabulae argumentum, quo viri imago proponeretur, culpâ parentis, dira patientis, nisi (idque probe distinguendum) hisce malis implicatur propter ideam propositumque quoddam honestum, cui se addixit quodque vitâ suâ fortunâque majus censuit. Tale vero in nostra trilogia nullum est, quum Labdacidae non ideo pessum dari dicuntur, quod rem quandam grandem et honestam moliuntur, sed quia a Laio genus ducunt. Antigone quidem Sophoclea, dum potentium decreta aspernans sepeliendum curat Polynicem, hac conscientia commovetur, pietatis officia patranda esse, posthabita ipsius vita

ἐπεὶ πλείων χρόνος

*ὅν δεῖ μὲν ἀρέσκειν τοῖς πάτω τῶν ἐνθάδε
ἔκει γὰρ αἰεὶ νείσομαι.*

Quantum discriminis inter utrosque intersit, non est quod pluribus expediam.

Tale igitur fati iniqui odium „irresistibile“ nusquam valet in tragoeidiis Aeschyleis, in quibus omnes res humanae providente quodam justoque numine reguntur ⁴¹⁾), quod persimile

⁴⁰⁾ Si quis Labdacidarum historiam talem opinionem prae se ferre credit, negatque ab Aeschylo eam commutari potuisse, monendum est, argumenti delectum vel virtuti vel criminis esse poetæ; namque ut ait Lessing in Laocoonte, propter ipsas argumenti virtutes eligebatur a poeta, eique fere sunt imputanda quum virtutes tum vitia. Argumentum quod cum tragica ratione non conveniret, tractatum non esset ab Aeschylo.

⁴¹⁾ Schoem. Antg. j. p. G. 347: „Nam vetus quidem illa tragœdia qualem A. et Soph. fecerunt, gravis et severa castaque et decorae dignitatis plena, quid aliud in deorum heroumque factis et eventis repraesentandis, quam summi illius et vere divini numinis, cui pariter omnia subjecta sunt,

est Christianorum Providentiae. Quibus comparatis inter se, si qui detrahi aliquid clamitant de hujus auctoritate, antiquitati invidentes, quae Christianae tantum fidei vindicanda censem, nescio quo sancto furore inflati, illos quidem inter cordatos ne numerato.

Atque Oedipodeae quidem quasi flammeis literis inscriptum est, quod in nostris libris sacris legimus Exod. 20, 5: Ich, der Herr, dein Gott, bin ein eifriger Gott, der da heimsucht der Väter Missethat an den Kindern bis in das dritte und vierte Glied derer, die mich hassen. Quae si quis hunc in modum vellet interpretari, ut paternas poenas ab insolitus filiis repeti diceret, Deum optimum et propitium injustitiae nomine notaret. Quid quod diserte scriptum est in Deuteronomio 24, v. 16. (Reg. II. cap. 14 v. 6 Ezech. 18, 19 u. 20). Die Väter sollen nicht für die Kinder, noch die Kinder für die Väter sterben, sondern ein Jeglicher soll für seine Sünde sterben. Ezech. 18, v. 14—17. Wo er aber einen Sohn zeugt, der alle solche Sünde sieht, so sein Vater thut und sich fürchtet und nicht also thut — der soll nicht sterben um seines Vaters Missethat willen, sondern leben. Monentur igitur homines, ne paternos mores imitando eandem in se culpam contrahant, easdem poenas. Etenim quasi quiddam contagiosi, ut ajunt, inest in peccatis omnibus, ut ex lege illa profana:

Das eben ist der Fluch der bösen That,

Dass sie fortzeugend Böses muss gebären,
quae lex Graece sic audit:

cujusque veneratione omnis religio continetur, graviter et
inculenter spectatores admonuit“.

Bode Lit. d. Hell. pag. 269. Durch die von Aeschylus dramatisirten Mythen zieht sich in tiefer Bedeutsamkeit der stille Glaube an die Allmacht einer weltordnenden Vorschung, wodurch allein der Zusammenhang der menschlichen Dinge hergestellt wird.

τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον
μετὰ μὲν πλείονα τίκτει
σφετέρᾳ δεικότα γέννα (Agam. 728 Herm.)

quasi hereditate quadam⁴²⁾ scelera et supplicia propagentur: neque vero quisquam „delicta majorum immeritus luit“. Quae nescio an a nostra non magis quam ab Aeschylea humanitate, religione, ratione abhorrere videantur. Unusquisque igitur, qui poenas dat apud Aeschylum, suum ipse scelus commisit: non invidioso fato implicatur, sed aequo et justo, quod παθεῖν τὸν ἔρξαντα jubeat⁴³⁾ Ag. 1530 Herm. Neque a Diis causa culpare repetenda est, qui nunquam, ut apud Euripidem, malorum suasores sunt, sed ab hominibus ipsis, quorum pectora scelere atque libidine et ira afficiuntur.

Apparet ex hisce, nos de trilogiae indole et ratione prorsus dissentire a Welckero et Schneidewino, quorum uterque Oedipum Oedipique filios culpâ carere putat. Welcker ep. cycl. pag. 318⁴⁴⁾ non mirandum esse dicit, quod sine ulla ipsius culpa tanquam hereditate excipiat Oedipus dira illa Labdacis-

⁴²⁾ Cf. Agam. 701 Herm.

χρονισθεὶς ἀπέδειξεν
Ὕθος τὸ πρὸς τοκέων.

Eumen. 921.

τὰ γὰρ ἐν πατέρων ἀπλακήματάν νιν
πρὸς ταύτην ἀπάγει.

Septem 725.

αιῶνα δέ τις τοτενοὶ μένει.

⁴³⁾ De Pelopidarum hereditate malorum vide Schoem. Eumen. pag. 55, 56 p. a. „Nur den Orest leitet bei seiner That kein verbrecherisches Motiv; desswegen wird er auch von der Strafe freigesprochen, und es hört bei ihm die Kette des Unheils der Pelopiden auf. Man sieht, dass hierin durchaus die Idee der nur die Schuld strafenden Gerechtigkeit festgehalten ist.“

⁴⁴⁾ Uncis inclusa addidit haec: „Quae modo disputavimus, licet multis abhinc annis iisdem verbis descripta sint, confirmantur didascalia illa nuper reperta“. Sed novum testimonium nil addere nil detrahere videtur de Welckeri sententia.

darum mala. Illa compleri necesse esse, licet optimus quisque illis obruatur. Fiat justitia, pereat mundus! Oedipus pro Laii culpa poenas luit, iuuntque cum illo filii et patria urbs. — Singularem justitiam! Improbata in universum ratione, singulis demonstrare conabimur, Oedipum filiosque non magis culpā carere, quam Laium: ut unusquisque Labdacidarum non caeco quodam impetu in sua fata ruat, sed suam quisque culpam crimenque commiserit.

III.

Laio igitur, liberorum dulci genere carenti, oraculum datum Θράσκοτα γέννας ἄτερ σώσει πόλιν Sept. 729 He. Causam vero interdicti fuisse Laii scelus contra Chrysippum Pelopis filium commissum vetera scholia testantur. Crimen illud paederastiae jam in Oedipodea epica valuisse, non potest demonstrari, neque ex moribus historiaque Graecorum verisimile est⁴⁵⁾: Aeschylum ad illam culpam primariam provocasse improbabile non est. Primum quidem Aeschylus et Sophocles primi illam tragœdiis inseruisse dicuntur Athen. XIII, 601 A. 602 E, atque Aeschylus apud Platonem symp. 180 A. vituperatur, quod Achillis Patroclique amicitiam hunc in morem finxerit. Licet Graeci ipsi ab heroica aetate scelus illud absuisse jure crediderint, tamen Aeschyli temporibus adeo jam evulgatum erat, ut illis regionibus, ubi quasi populare evasisset, loca ostenderent, unde Jupiter Ganymedem rapuisse diceretur. (Nitsch I. l.) Itaque per anachronismum paederastiam in mythos prioris aevi irrepsisse, non est quod mireris: quumque ab Aeschyli tragœdiis ex testimoniis supra laudatis prohiberi non possit, in nostra trilogia eo facilius illilocum concesseris, quod Lañus ipse πρῶτος ἐραθρόποις τὴν ἀρρενοφθορίαν εἰρῶν dicatur⁴⁶⁾.

⁴⁵⁾ Nitsch pag. 462, 508.

⁴⁶⁾ Argum. VII. Phoen. Plut. Pelop. 19. Plato VIII, 836 B b. Athen. 603 A. τὸν τοιούτον ἔρωτον καταγένναθαι Λαῖον Σεροθέρα παρὰ Ηέλοπι καὶ ἔρωσθέρα τὸν τίον αὐτοῦ Χρ. Schol. Eur. Ph.

Jam si quis artis Aeschyleae bene memor, qua mythos ab justa causa profectos ad aequum finem perducebat⁴⁷⁾, Oedipodeam cordate contemplatus erit, vel absque causis illis quasmodo protulimus, profitebitur, se nullo modo dubitare, quin a Pelopis exsecratione tanquam capite mythum exorsus sit⁴⁸⁾.

Propter Chrysippi igitur rapinam Pelops deos ultores invocans petebat, ut aut liberis careret Laios, aut si quem filium procrearet, necem ab illo pateretur. Erat hoc heroum moris, ut precibus deos adeuntes non unum idque certum definitumque eos rogarent, sed quasi quandam in annuendo libertatem agendi illis relinquenter: adde quod quasi quid inepti inesset talibus precibus, quibus quis rogaret: date filium illi, eique, quando adoleverit, patrem necandum tradite! Itaque ex Deorum numine prole caret Laios, quae erat poenae mitior ratio: ne graviorem sua sponte in se contraheret, ter Apollinis oracula dehortabantur, et tum demum, quum novam spernendi deos culpam committeret, graviore suppicio implicatur. Oraculum illud ter repetitum fuisse Aesch. verss. 726 — 728

1748 secundum Pisandrum refert. πρῶτος δὲ ὁ Λαῖος τὸν ἀθέμιτον ζωτὰ τοῦτον ζόχε. — Sphinx quoque ab Hera γαμοστόλῳ dicitur esse missa. Schol. Eur. I. I. Valek. II, 272 dumque Laios a Tiresia Delphos mittitur propter Sphingem, sacra huic Deae celebrantur.

⁴⁷⁾ Et tales tantummodo mythos tractabat, qui pietati non repugnarent; alios immutabat, sicut diserte cum rejicit, ex quo Apollo per vim oraculo potitus diceretur. Eumen. v. 5. Schoem. ad l. pag. 164. Deos vero justos et acuos fingendo morumque severitate Sophocle multo religiosior est, apud quem ab ipsa Pallade Aias insania afficitur, Deorum justitia in fatis Oedipi inprimis dubia est, matricidium in Electra vix improbatur.

⁴⁸⁾ In nostra fabula vestigia exsecrationis non deprehendi, concedimus Schneid. Phil. III, 351 nisi forte παλαιφάραι ὄχαι v. 747 ad illam referenda sint. Quae quamquam inter Laii et Oedipi fata commemorentur, contextus tamen talis est, ut de Pelopis exsecratione intelligi non possint, nisi hanc Euripideo illo πᾶς σὸς οἶκος βῆσται δὶ αἴματος similem putet.

Απόλλωνος βίᾳ τρὶς εἰπόντος ἐν μεσομφάλοις Πυθικοῖς χρηστηρίοις testantur ad quos recte scholiasta annotat, clementiam inde deorum apparere⁴⁹). Neque tamen eadem vel verbis tantummodo diversa oracula fuisse putanda sunt, quum Pythicum deum irrita verba repetere dedecret, sed unum altero gravius, eorumque haec forte ratio fuerit. Laio igitur, ἀτεκνίαν laesi hospitii poenam esse nondum edocto, Delphis responsum est: γέρρας ἄτερ σώσεις πόλιν. Quam arcte cum Labdacidarum fassis sors Thebarum juncta fuerit, supra exposuimus: atque urbis quidem salus firmatum iri videbatur, si regni successor afforet: quo gravius et significantius oraculum erat, quum contra civium regisque exspectationem daretur. Jam quum labentibus annis reges propaginis spe falli pergerent denuoque Laios Delphos peteret, filium procreare diserte vetabatur: μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ. Nova igitur tentatio accedebat ad regis animum cupidum et temerarium, qui sibi persuadere non poterat, deos optimos esse de ipsius salute arbitros. Qui quum clementer antea filios negassent, jam nova dehortatione addita, Laii arbitrio permittebant, utrum a filiis, Diis invitis procreandis abstinere, an spreto coelestium consilio graviorem culpam contrahere vellet. Rex autem expertus, Deos sibi irasci, causam cogniturus et si quod forte hujus irae piaculum esset, quum tertio Delphos adiisset, aperte docebatur, quae sibi timenda essent, filium procreaturo, causamque simul cognoscebat:

Λαΐς Λαβδακίδη παιδῶν γέρος ὄλβιον αἴτεις⁵⁰)

Δώσω τοι φίλον νιὸν· ἀτὰρ πεπλωμένος ἔστι

⁴⁹⁾ Ritschl. Sept. pag. 49. τὸ φιλάνθρωπον τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ τρὶς ἥμφατει, ad vers. 727.

Schwenk pag. 155. sch. ad v. 712. διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι τρὶς εἶπεν ὁ Θεὸς . . . τὸ φιλάνθρωπον ἥμφατει καὶ κηδεμονικὸν τοῦ Θεοῦ.

⁵⁰⁾ Seusum, non verba hujus oraculi prisca esse concedimus Prellerο Recens. de Schneidew. Oedipussage in Jahn Jahrb. Juli 1853.

Σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος· ὡς γὰρ ἔτενετε
Ζεὺς Κρονίδης Πέλοπος στυγεραῖς ἀραιῖσι πιθήσας
Οὗ φίλον ἥρπασας νὶὸν. ὁ δὲ νῆστό σοι τάδε πάρτα
sive ut est apud Sophoclem O. T. 710

χρησμὸς γὰρ ἥλθε Λαιῶ ποτ', οὐκ ἐρῶ
Φοιβοῦ γ' ἀπ' αὐτοῦ, τῶν δὲ πηρετῶν ἄπο
ώς αὐτὸν ἦξει μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν
ὅστις γένοιτ' ἐμοῦ τε κάκεύον πάρα

sive apud Euripidem Phoen. v. 19

εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ' ἀποκτενεῖ σ' ὁ φὺς
καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δὶ αἷματος.

Etiam tum penes Laium erat, poenam, cui ex Deorum numine obnoxius esset, aequo animo perferre, neque novâ culpâ aditâ eam adaugere. At ille, sive prolis cupidissimus audacter deorum praecepta irrita dicit, sive libidini cedens temerarie negligit, apud Euripidem⁵¹⁾ quidem v. 21. ἡδονῇ δοὺς εἴς τε βακχεῖον πεσών, apud Aeschylum v. 731 κρατηθεὶς ἐκ φύλων ἀβουλίας. Quae verba vereor ut recte intelligantur. Neque enim Jocasta prorsus innoxia nefando cum filio concubitu implicari potuit: et ipsi quoque culpae aliqua pars imputanda sit, quum tam graves poenas, quin Laio majores, et ipsa luat. Hac causa inducti φύλων pro genitivo gen. neutr. explicamus⁵²⁾ atque de Jocasta dictum intelligimus, cujus quum totâ fabulâ

⁵¹⁾ Cf. Apollod. III, 5, 7. Gruppe Ariadne 714: Labdacus Bacchum sprevisse dicitur, Bacchi plenus peccat Laius.

⁵²⁾ Τὰ φύλαττα hoc modo de uno parente dici constat. Cf. Valken. Phoen. 437, 1467. Suidas s. v. ἀγνοεῖ. Filium Atossa nominat τὰ φύλαττα Pers. 853. Cf. Schoem. ad Eumen. v. 100, 118. Phil. 435. O. T. 366. Jon. 521. Herc. fur. 514. Iphig. Aul. 744, Electra 576, Wunder ad Oed. R. 1369. Quae plerumque his locis inest vis et notio adversativa, quum οἱ φύλοι committant aliquid mali (locos vide apud Schoem. Eumen. pag 200), nec hoc loco desideratur, quum conjux conjugem illiciat ad peccandum.

tum hoc loco nomen non commemoratur. Idem scholiastae animadvertisunt Schwenck pag. 155 αὐτὸς δὲ ὁ Λάιος παρωσύμενος τὰς τοῦ θεοῦ ἐρτολὰς ὑπὸ τῶν αὐτοῦ φίλων ἥδοντων κρατηθεὶς ἢ τῆς γυναικὸς· κρείσσω γάρ τὰ πάθη τῶν λογισμῶν, et alter pag. 156 ad vers. 716 τῶν τῆς γυναικὸς φίλτρων⁵³); idem versus Aeschylei 756, 757 innuere videntur παράροια συνῆγε νεμφίους φρεγώλεις, siquidem cum Schuetzio et Schneidewino ad Laium et Jocastam eos refers (Oedipussage pag. 23) contra Hermannum ad vers. 738.

Jocasta igitur, vel eo commota, quod dedecus mulieribus esset, filios nullos peperisse, conjugem illiciendo suum quoque ipsa crimen committit: procreato vero filio oraculi vaticinium evitari posse ambo temere⁵⁴) crediderunt, neque veriti sunt, filium ὀψήγορόν τε φίλον τε exponere, eo ipso evitaturi malum, quo accelerarent. Poenas igitur illi justissimas luunt eodemque jure et merito Jupiter atque de Aegistho diceret

ῳ πόποι οῖον δὴ νν θεοὺς βροτοὶ αἰτιοῶται
ἔξ ἡμέων γάρ φασι πάκ ἔμεναι· οἱ δὲ παὶ αὐτοὶ⁵⁵
σφῆσιν ἀτασθαλίησιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε ἔχοντοι).

Eodem dico jure Laius vituperandus, quod negligeret, quae Dii dehortantes pronuntiavissent, eodem jure de Laio Pallas
παὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ.

⁵³) Apud Schneidew. Oedipussage pag. 23. citatum invenio Argum. Phoen. pag. 6 Herm. ὕπτιον θεοπισμάτων τῇ τῆς γυναικὸς Ιοκάστης ἐπιθυμήσι καὶ ἥδονή, ὕπερ***, ἐκλαθόμενος Λάιος . . . , Οἰδίποδα σπελεῖται, ubi supplet Αἰσχύλος; locos supra laudatos non habet.

⁵⁴) Idem versus illi supra laudati innunt Oed. Tyr. 710, quibus Jocasta non ab ipso Apolline, sed ab illius ministris oracula data esse dicit. Nec minus apud Sophoclem ipsa Jocasta filium necandum tradit O. T. 1170.

O. ἢ γὰρ δίδωσιν ἦδε οοι; Θ. μάλιστ̄ ἄραξ
O. ὡς πρὸς τὸ χρεῖαν; Θ. ὡς ἀναλόγωμεν εἰν.

⁵⁵) Cf. Prometh. v. 1053. seqq. Schoem.

Oedipus in Sophocleis quidem tragoediis delicta majorum immeritus luit. Atque in universum aestimanti Soph. et Euripides ex mythis heroum personas mores facta depromere videntur, vitaeque vicissitudines depingere ita, ut splendida imagine animorum affectus incitentur: Aeschylus mythorum rationes ethicas religiose proponit, animosque pia quadam reverentia erga deos justos aequosque imbuit (cf. not. 47). Qui quum Labdacidarum seriem malorum tractaret, longe aliis rationibus usus est, quam Soph., qui Fortunae filium⁵⁶⁾ dira patientem fingeret labemque rerum vel felicissimarum doceret. Etenim summam fati Oedipodei peripetiam ante oculos proponens demonstrabat, ut ipsius verbis utar,

εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς ξυμφορᾶς ἐλήλυθεν.

ώστε θηρητὸν ὄντ', ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν

ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδέν' ὀλβίζειν, ποὶν ἀν-

τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγειτὸν παθών.

quae sunt Oed. Tyr. ultima. Fata vero Oedipi ita depinguntur ut ab Oedipi filiarumque partibus stent, quicunque partes in tragoediis agunt, quo sit, ut cujusque intersit, ut ille pro innocentie sit. Itaque, id quod Schneidew. ipse Oed. Sage 33—41 animadvertisit, omnis culpae species et umbra arcetur ab illo quam cautissime. Accedebat haec causa, quod quum totâ Oed. Col. fabulâ Athenarum laudem celebrans Oedipi sepulcrum quasi quoddam urbis palladium esse vellet, nulli hoc probaturus fuissest de scelesti viri sepulcro. Quod bene secum reputans, opinor, poeta quasi quadam u. a. oratione pro domo, eaque satis subtili et rhetorica usum facit Oedipum, qua culpae speciem a se averteret O. C. 958—1011, recipiendus in urbem Areopago florentem. Proinde Sophocles causis et gravibus et apertis commotus Oedipum innocentem finxit: aliter res est apud Aeschylum.

⁵⁶⁾ O. T. 1080. παιδα τῆς Τύχης, „des Glückes abenteuerlicher Sohn“.

Atque Oedipum quidem a Laio, sceleris periculique conscio expositum Polybos et Merope⁵⁷⁾, Corinthi reges, Oedipodis nomine indito educarunt. Qui quum adolevisset, suspicione de stirpe sua exorta, quum in convivio quasi *rōθos* lacesse-retur, Delphos adire statuit, stirpem cogniturus. Talem dubitationis causam ab Aeschylo et Sophocle propositam Euripides repetere noluit, ideoque disertam non profert (*ἢ γροὺς ἢ τιρος μαθὼν πάρα*). Stirpis quidem per Apollinem certior non factus⁵⁸⁾), cavere tamen jubetur, ne patrem occidat neve cum matre matrimonium ineat. Oraculis hominum arbitrium non tolli, supra exposuimus: etenim Graecorum Deos et ipsos omniscientia praeditos fuisse putato, ut et ipsi scirent, quot quantoque scelera homines commissuri essent. Quae si oraculis proununtiant, illa quidem obscuriora sunt et ancipitis explicationis patientia, neque quisquam hominum mala averti posse sibi non persuadebat. Sed qui temere oraculis nil admonitus feros mores non exueret, neque pectus a sceleribus revocaret, eum gravioribus etiam malis implicari, quis iniquum censeat? Atque Oedipus quidem in primis temerarie egit. Sive enim Corinthum omnino non rediit, sive urbem repetitam denuo reliquit, hoc quidem exilio voluntario mala avertisse, qui sibi videri potest? Oraculo suspicio de stirpe sua non potuit non augeri, nec nisi temere stulteque credere potest sapientissimus Oedipus, Polybum et Meropen parentes sibi esse⁵⁹⁾): quam ineptum foret oraculum dehortans de scelere, quod, si re vera ejus stirpis

⁵⁷⁾ Sive Periboea O. T. 775, 990, 1167, 1174. Phoen. 24. Cur Schneid. Rec. Welek. ep. cyc. Goett. gel. Auz. St. 16, pag. 174 — 6 Polybum non Corinthi, sed Sicyonis aliunsve urbis regem apud Aeschylum fuisse velit, me praeterit.

⁵⁸⁾ Φοῖβος ὁν μὲν ἵκόμηται ἀτιμονος ἐξέπεμψεν. O. T. 787. Cf. 995. Phoen. 1730.

⁵⁹⁾ Hac credulitate opus erat Oedipo Sophocleo, ut ab hac quoque culpa liber videretur, qua parentes investigandos nil curaret.

esset, nunquam commissurus esse poterat. Etenim si Polybum per iram interficere posset, quā Meropen in matrimonium duceret filius Oedipus? Corinthum igitur evitans, ubi νόθος vivere nollet, Deorum numina adeo contempsit, ut cui primo occurseret hospitem necaret, ὑπὸ μεγαλοφροσύνης Schneid. O. Sage 20 μέγα φρονῶν Eur.⁶⁰). Caedes igitur illa in Laio commissa⁶¹) scelus atrocissimum: neque profecto inulta manere poterat, quoniam scriptum est:

δὶ αἴματ' ἐκποθένθ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ
τίτας φόρος πέπηγεν⁶²).

Dixerit aliquis, Oedipum homicidium quidem commisisse, parricidium deberi fato: nonne tu majorem existimas esse culpam, si quis oraculo tam diro accepto, quum immane illud parricidium mente et pectore non posset non versare, animum adeo ferocem saevumque gerit, ut a caede in sene patranda nil abhorreat? Caedis poenae sunt dandae; majorem culpam poena subsequitur major, quumque sanguine sanguinem non penset⁶³),

⁶⁰) Quo consilio apud Sophoclem vi vim defendens Laium interfecisse dicatur, (atque Oedipi ipsius sunt verba) supra exposuimus.

⁶¹) Quam non in Phocide, sed prope Potnias, Plataeas, Cithaeronem, patratam esse dicit Schneidew. Goett. gel. Anz. 1850 pag. 176—178 Oed. Sage 25—27.

⁶²) Cf. Schoem. Eum. 18 et 69 et quae h. l. citantur Antiq. j. p. Gr. 297 n. 8, lege tamen 279, n. 8, cf. Choeph. v. 46. τὸ γὰρ λύτρον πεσόντος αἵματος πέδῳ;

⁶³) Choeph. v. 307. ἀντὶ δὲ πληγῆς φοίτας φοίταν πληγὴν τινέτω· δράσαντι παθεῖν τριγένεων μῆθος τάδε φωτεῖ.

398. ἄλλὰ νόμος μὲν φοίτας σταγόνας χυμένας ξε πέδον ἄλλο προσαντεῖν αἷμα· βοῶ γὰρ λοιγὸν Ἐριττός παρὰ τῶν πρότερον φθιμένων ἄτην ἔτέοντι ξπάγουσαι ξπὲ ἄτη.

Agam. 1532. μιμνεῖ δὲ μιμνοντος ἐν θρονῷ Διός παθεῖν τὸν ξρῖσαντα· θέρμιον γάρ.

interfector in primis scelestus eo dat poenas, quod parricida sit. Jam quum hac caede pollutus, *χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγκωμίων*, Thebas per venisset⁶⁴⁾), Sphingos aenigmate soluto Thebarum reginam regnumque accipit. Cui prae sagia tam dira timenda erant, fortunam tam miram amplectebatur tanta cum temeritate, ut de viro, cuius lectum ascenderet, ne inquireret quidem accuratius, cuius oracula, fata, nex Thebanis ignota non poterant esse. Atque novo Thebarum regi quod nam majus officium erat, quam Laii interfectorem investigare neque caudem regiam inultam pati? Thebanos, quod interfectorem non investigarent, poenasque repeterent, quodammodo clades illa per Sphingem allata excusare poterat cf. O. T. 126 — 131, 256 sqq.; jam vero regnum uxoremque Laii habet is, qui a terra sacrisque arceri debet, feminamque multo majorem duxit (*γραῦν ἐγγηε αὐτὸς ὁρ νέος*), quem Dii de matris matrimonio graviter dehortati sunt. Quibus quanta ex more et religione Graecorum reverentia debeatur, inde appareat, quod apud Sophoclem, Oedipi patronum, etiam tum ille summopere de oraculis timet, quum jam Polybus mortuus esset et ipse Jocasta uxore uteretur. O. T. 953 — 990. A tali igitur reverentia mirum quantum abfuisse conspicitur atrox homicida, quum Jocastam duceret: quidque caede illa meruerit, aperte ipsius verba significant O. T. 218 — 276 quibus Laii interfectorem Diis inferis votet.

Tantum igitur de Oedipi culpa⁶⁵⁾). Quam qui negabant, filiorum quoque culpam negarent necesse erat, quum ineptum videretur, si de tribus Labdacidarum generibus primum tertium-

⁶⁴⁾ Non improbabile est, Oedipum Corinthum reversum esse, ut Laii equos Polybo *θεατήσια* daret.

⁶⁵⁾ Simile quoque quale Laius crimeu commisisse dicitur Oedipus. Welck, Trilog. 357 not. 618 Schneidew. Oed. Sage pag. 16.

que culpae obnoxium, medium ab omni crimine alienum vide-retur. Itaque quod consequentiae debebant, filios quoque innocentes esse contenderunt Welcker, Schneidewin, alii⁶⁶⁾), eos-que caeco fato obnoxios esse volunt. Sed et illa propago contemtrix Superū saevaeque avidissima caedis.

Laesae contra patrem pietatis exsecratio paterna testis est, id quod negant Welcker et Schneidew. Alter quidem putabat, filios ab alia matre editos esse, immemor versuum Sept. 900 — 907: quaenam, si hoc ita esset, ratio exsecrationum in insolentes editarum esset praeter impietatem, in primis obscurum. Namque filios post fata detecta Jocastaeque mortem spontaneam demum genitos exsecrari Oedipus qui credi potest? Schneidewin Oedipum quasi furore abreptum statim filios infantes devovisse dicit, testimonio usus vss. 759 — 772 H. Alià quâque, quae repugnat, causâ et ratione omissâ videamus, num illis versibus demonstrari possit, occaecationem et exsecrationem in idem tempus cadere.

Oedipus igitur, postquam stirpem edoctus est, μαινομένα κραδία δίδυμα πάντες ἐτέλεσεν. Duplex illud malum Schol. (Schwenk pg. 160 ad v. 741. — Herm. Ritschl. 759) ad solam occaecationem refert: ἐν γὰρ παπὸν τὸ ἐνὸς στεφθῆναι, δύο δὲ τὸ ἀμφοτέρων. Vel improbatâ hac explicatione, duplex malum eodem tempore fieri necesse non est: tam arcte hoc loco utramque actionem conjunctam proponi nil mireris, quum paucis versibus omnis Oedipi vita circumscribatur; commemoratur etiam occaecatio strophâ, exsecratio antistrophâ. Αρὰ autem

⁶⁶⁾ Welck. Tril. 341 Eteokles gewissenhaft und schuldlos. Sehn. Phil. III, 356. Et. in den persönlich unverschuldeten Fluch mit einbegriffen. Suevern pag. 130. unschuldige Opfer des Schicksals. — Si quis demonstrare posset Oedipi innocentiam, id quod fieri non potest, filios quoque prohiberet a culpa: contra si quis horum crimina aperuerit, Oedipodeum quoque novo testimonio probaverit.

ἐπικότονς τροφᾶς explicit Schneidew. Flüche, die ihre Erziehung mit Groll trafen, et cum Schuetzio Hermannus Opusc. VII, 204, Aesch. II, pag 305 ira correptum Oedipum dici confirmat, quod educasset inceste prognatos filios⁶⁷⁾). Contra Schol. O. Col. 1375 postquam versus attulit ex Thebaide in quibus Oedipus filios propter coxam ab iis missam execratus esse narratur, haec addit: τὰ δὲ παραπλήσια τῷ ἐποποιῷ καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἐπτὰ ἐπὶ Θῆβαις. Is igitur explicavit propter victimum. Quamquam ad coxam ipsam respexit Aeschylum neque opus neque necesse est, sed latius quodanmodo patet, ut sit τροφὴ non victus tantum, sed quo more pactoque a filiis Oedipus sit habitus et tractatus. Τροφαὶ de vitae cultu et habitu dici videntur O. C. 328, 338, 362, passimque sunt educationis soluta merces, ut est in proverbio: κρίσις τὰ τροφεῖα. Τροφεῖα quidem et θρεπτήρια hoc modo dici notissimum est, cf. Valcken. Phoen. 44, 45, pag. 125, et nostrae fabulae vers. 458, eodemque sensu vers. 529, Ἀργεῖ δ' ἐκτίρων καλὰς τροφάς.

Ex voce ποτὲ concludere, filios infantes etiamtum fuisse, prorsus arbitrarium est; nil aliud significat, quam „aliquando“ neque ulla causa invenitur, cur cum Schneid. explices: „quando adoleverint“⁶⁸⁾.

Quae nos inducant, ut diras propter impietatem serius missas credamus, haec sunt. Primum omnia et epica et tragica carmina varias illarum causas protulerunt. De Thebaide supra dictum: in tragediis coxa illa recessit: sed regni cupidine et carcere Oedipum filii exacerbant: quae quum apud Aeschylum antecedente fabula exposita essent, in extrema repeti opus nou

⁶⁷⁾ Haec quoque sic explicare licet, Oedipum iratum esse quod impios filios educasset et Homerium illud conferre: *ιτ vu o' έροερον αύρα τεκοῦσα.*

⁶⁸⁾ Apud Sophoclem adultos filios Inferis voveri extra dubium est. vers. O. C. 554, 1428. Cf. proximam paginam.

erat: sed cur Aeschylus mythum immutasse putandus sit, causa nulla nec ratio inveniri potest. Rectius si ceteris deesset, ab Aeschylo effectam esse causam crederes (v. pag. 9). Apud Sophoclem disertissime impietas fratrum tanquam irae dirarumque causa proponitur. Namque quum in universum, quoniam sit erga filios animo, aperte demonstrat:

O. C. 1065. 1184. 1361 ἡμεῖς δ' ἀπ' ἄλλον ποὺν ἐμοῦ πεφύκατον, tum exilium filiis exprobrat:

τὼ δ' ἀντὶ τοῦ φύσαρτος εἰλέσθην θρόνους.

Quin homicidam appellat Polynicem, quum e patria patrem ejecisset (1375) et στυγρὸν et ἀπάτορα; exsecratur autem filios 1369 ἕνδεξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν, atque ipse Polynices confitetur, quae peccassent contra patrem, augeri non jam posse.

Aequi impii, quamquam alio pacto⁶⁹⁾), apud Euripidem fratres sunt. Phoen. 881.

ἥμαρτον ἀμαθῶς· οὐτε γὰρ γέρας πατρί¹
οὐτ' ἔξοδον διδόντες, ἀνδρας δυστυχῆ
ἔξηγριώσαν· ἐκ δ' ἐπινευσ' αὐτοῖς ἀρὰς
δεινὰς, νοσῶν τε καὶ προσητιμασμένος.

Diserte etiam apud illum distinguitur inter occaecationem et exsecrationem Phoen. v. 60—81. Cf. Stat. Theb. I, 49.

Repetimus causam inveniri non posse qua commotus Aeschylus rem aliter fixerit. Quod si fecisset, non rem tantum omnino in pejorem partem immutasset, sed singulis quoque inconcinna protulisset. Namque si propter educationem filii irascitur, cur non filiae et ipsae iisdem diris implicantur? Num Oedipum, quem Sophocles quasi quadam paterni amoris

⁶⁹⁾ Apud Soph. O. extremā fabulā O. T. patriam effugere vult, commotus acerbitate doloris; tempore quod intercedit inter Tyr. et Col. mutato consilio et dolore aliquatenus sedato remanere cupiens ejicitur a filiis, id quod ubere exponitur O. C. 418—457, 763—769. Qui exulanter Oedipum fingeret, filiorum culpam hunc in modum commutabat, ut exilii auctores essent, ideoque devoverentur.

dulcedine commotum, precatumque facit, ut mitior liberis quam sibi sit aetas, O. T. 1343. 1382, num Oedipum post occaerationem etiam adeo insanientem finxisse Aeschylus putari potest, ut filios pios et insontes devoveret? quibus denique votis? διὰ χερὶ ποτὲ λαχεῖν κτίματα: nulla prorsus illis relatio intercedit cum Oedipi fatis filiorumve ortu.

Propter impietatem ergo contra patrem commissam fratres Diis inferis voventur: regnum, cuius nimium petentes fuerunt, cuius causa patrem turpiter habuerunt, ferro dividendum est.

Sunt autem in nostra fabula alia quaedam morum indicia, est prae ceteris singulare certamen prorsus arbitrarium scelus. Atque ipse Schneidewin concedit: Fratrum discrimen in dividenda hereditate, pacis irritus couatus, et singulare certamen non evitatum, paternas diras accelerant, faciuntque ut suo jure Erinnys eas expleat. Sed videamus accuratius.

Primum Polynices totâ fabulâ recte nomen habere dicitur vss. 559. 640. 660. 811. (Eur. Ph. 640. 1500. Soph. Ant. 110), totumque quod suscipit opus scelestum est ⁷⁰). Etenim qui fratri crimine exularet (v. 619), suo redire conabatur: qui patriam urbem recuperare vellet, devastare eam non reverebatur, ut jure in eum invehernetur vel socius Amphiaraos: (Cf. O. C. 1412. 1743.)

ἢ τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προσφιλές
καλὸν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυστέροις
π. τ. λ. Cf. Phoen. 578.

Eteocles autem, si in lite de regno exorta culpâ careret, id quod per se improbabile, neque Amphiaraos hoc omisisset in-

⁷⁰) Seneca Phoen. 378. **Causa repetentis bona est,**
Mala sic potentis.

558. **Patria ut fiat tua**

Vis esse nullam.

652. **Praemium incertum petis,**

Certum scelus.

crepans Polynicem, cuius quidem culpa eo adaugeretur, neque omnino duces cum Polynice arma consociassent. Adde quod de Polynice ipsa soror dicat v. 1033. *παθὼν κακῶς κακοῖσιν ἀντημείβετο*, neque ubiqum Eteocles a se culpam avertit. In nostra quidem fabula regis Thebani scelera commemorare, cui tandem fas fuisset? chorus quidem „non videt quae reges committant“ (O. T. 523. *ἄγαρ δρῶσ' οἱ χρατοῦντες οὐχ ὁρῶ*): mortuo autem rege et servata urbe, quum regis verecundiā et ominis evitatione non jam opus esset, disertissimis verbis chorus Eteoclis mores depingit. Neque omittendum, quod praeco tam diserte exponit, Eteocli funus concedi, id quod prorsus ineptum videretur, si de pio justoque rege res esset, urbis etiam servatore.

Atque Labdacidis p̄ae omnibus mortalibus maxime insitum debebat esse, ut revererentur Deos deorumque vaticinia toties experta: sed clade paterna malisque meliora non edocti (*κακῶν ἀτρόμυορες*) postremi Labdacidae fata provocant et accelerant paternas exsecrations. Nonne prorsus sua sponte Eteocles Polynici obviam ire statuit? nonne funesto furore abreptus se ipsum fratremque perniciei devovet? Non enim ad scelestum certamen mutuamque caedem a quoquam instigantur fratres: quos si culpa carere voluissest Aeschylus, effecisset sine dubio, ut ab aliis incitati et commoti viderentur, morti conterminam virtutem rati⁷¹).

Verbis autem illis, quibus Eteocles utitur, quum gladio fratrem petiturus est: *τίς μᾶλλον ἐνδικώτερος*, illisque quibus omne suum genus Dis inferis devovet

⁷¹) Apud Statium ipse Adrastus impedire conatur, quominus gladiis concurrant Theb. XI, 431.

te deprecor, hostis,

Te, gener, et jubeo, sceptri si tanta cupido est,
Exuo regales habitus: i, Lernan et Argos
Solus habe!

ἐπεὶ τὸ πρᾶγμα κάρτ' ἐπισπέρχει θεός
ἴτω κατ' οὐρανοῦ κύμα Κωνυτοῦ λαχόν
Φοίβῳ στυγηθὲν πᾶν τὸ Λαῖον γένος

num dirioribus potuit uti Medea filios trucidatura? ⁷²⁾ Neque profecto Eteocles hisce similibusque verbis inevitabili fato se subdit, ut vult Schneidewin ⁷³⁾), sed ex more illo, quem supra notavimus, ad deos revolvere conatur suum ipsius scelus.
Quamquam

Der missversteht die Himmlichen, der sie
Blutgierig wähnt: er dichtet ihnen nur
Die eigenen Begierden sündhaft an.

Et quoniam οὐκ ἔστι γῆρας τῶνδε τῶν μιασμάτων, recte Statius (XI, 574) de filius occisis:

Ite truces animae funestaque Tartara leto
Polluite et cunctas Erebi consumite poenas!

Sic Labdacidarum omne genus, parentes, filii, nepotes, contemtis divinis humanisque legibus per dira scelerata ad diras poenas feruntur, Thebarum patriam tellurem sanguine implentes. Donec almi Solis luce fruuntur, nullum est talium facinorum piaculum: quum severum aequumque fatum usque ad mortem eos prosecutum esset, piae sorores, solae sceleris sanguinisque purae, fratribus totique generi funeralia carmina cantant. Efferunt fratres, ut tumulo tegant et cadavera et scelerata: deletum Laiki omne genus, deleta scelerum tristia vestigia.

IV.

Expositâ hoc modo ideâ, quam trilogia prae se ferat, probatâque uniuscujusque culpâ, iam singularum fabularum ambitum finesque definiire conabimur, ejusque, quae superest, sin-

⁷²⁾ ἡμεῖς κτενοῦμεν, αὖτε δὲ εξεφύσαμεν.
πᾶς δόμος ξέροι.

⁷³⁾ Phil. III, 361 legens vers. 700 οὐρανίγοις.

gulas partes contemplabimur. Ex Septem fabula rationes repetendae erunt, ex quibus ceterarum fines temporum definiamus: qua in re nobis persuademus fore ut vel remotis his omnibus, quae supra de exsecratione propter impietatem emissam disputavimus, ad eundem hunc finem deveniamus.

Ineunte igitur fabula Septem Eteocles rex sceptrum retinet. Quaerendum est, in quodnam tempus pueritia fratrum incidat. Qui infantes insontesque exsecrationi obnoxios esse putant, credere possint, inter Oed. et Sept. fabulas eos adolevisse. Itaque Oed. fabula infantiam solum contineret: quae eadem quum Oedipi ruinam sine dubio depingeret, aut ab hac ipsa profecta est, aut regni Oedipodei initium, nuptias igitur, complectebatur. Si hoc, per ipsum fabulae docendae tempus quatuor liberi procreandi erant. *Μῆδεν ἀγάν!* Sin illud, Aeschyli fabula prorsus uno eodemque argumento foret, atque Oed. Rex: id quod nemo crediturus est. Adde quod de fratrum rixa, de Eteoclis imperio, de Polynicis exilio prorsus nihil doceremur secundâ fabulâ, si infantibus illis subsisteret: at hoc tertia flagitat. — Unde sequitur, in secunda fabula jamjam adolevisse fratres: ergo nuptiae Oedipodeae primae fabulae attribuendae. Per fabulae ipsius tempus adolescere non poterant: ergo ineunte fabula secunda jam adoleverant, cadebatque pueritia inter Laium et Oedipum. Non igitur infantibus dirae voventur. Oedipus igitur a ruina regis proficiscitur: quam breviter tantummodo tractatam esse, Oed. Rex testis est. Quidnam praeterea ea agitur? Probabilius nihil est, quam impietatem, ob regni cupidinem commissam, depingi ut causam exsecrationis, atque rixae post patris mortem exortae initia. Quam inter Oedipum et Septem ad gladios prolatam urbis obsessio sequitur.

Habemus igitur, Laium fabulam sine dubio initium regni Oedipodei complexam esse. Oedipus per ipsum fabulae tempus adolescere non poterat: exorsa igitur est ab eo inde tempore, quum Oedipus jamjam adolevisset. Quis enim est, qui credat,

in eadem fabula infantem aliquem exponi, eundem adulterum patris interfectorum, matris maritum potuisse fieri? Semper fuit aequa potestas poetis, de temporis spatio fallere spectatores, attamen probabiliter volumus falli. *Atēnīa* igitur Laii extra scenam debebat esse. Credimus nos, primam tragoeidiam ab eo inde tempore incepisse, quum Thebae Sphinge opprimentur. Jam quum Laius huic cladi mederi vellet, cumque Tiresia (qui in Sept. fabula ὁ μάρτις dicitur, ideoque in prioribus partes egisse putandus est) consilia communicaret, per illum docebatur, ab Hera γαμοστόλῳ monstrum missum esse⁷⁴), ulciscente vetus illud regis crimen in Chrysippum commissum. Atque urbem quoque propter regem perniciem voveri, quoniam rex oracula ter repetita neglexisset, ex quibus prole carens urbem servaturus fuisse. Laius deinde quum cladis auctor videretur, hac forte pro se causa utebatur, quod propter urbem servandam se exposuisse filium diceret, interfectā piaturus, quae procreatā prole peccasset. A vate autem admonitus, immortalium vaticinia irrita non esse, aliaque piacula quaerenda esse, Thebas reliquisse putandus est. Etenim quod Schneide-win, certe apud Sophoclem, Laium propter Sphingem Thebis profectum esse negat, improbaverim; namque quum per se verisimile non est, post Laii demum caudem eam apparuisse, tum vel apud Sophoclem ipsum Creon Thebanos, interfectorum non persecutos, per ipsam hanc cladem excusat O. Tyr. 126—131, 256—297. Quoniam vero rex abiit? Evidem negaverim, in Phocica σχιστῇ cum Oedipo illum concurrisse, et Schneidewino (O. S. 25) assenserim, qui caudem in angustiis prope Potnias sitis patratam esse dicit. Ad causas ab eo allatas hanc addiderim, quod Delphos quarto etiam regem profectum esse, quasi quid molesti habeat. Neque tamen, ut vult Schneidew. p. 27, ad Boeoticum oraculum aut ad ludos celebrandos proficisci-

⁷⁴) Schol. Eur. Ph. 1748, pag. 273.

batur, sed ad Cithaeronem, sive ut Erinnyas illic incolentes placaret, sive ut de filii morte aut sorte certior fieret. Rege profecto Chorus respicere poterat ad Laii crimen primarium, ad Phoebi oracula, ad Oedipum δαιμόνον βίᾳ creatum et χυτρισθέντα⁷⁵), ad urbis salutem: Tiresias autem Junoni sacra instituere. Deinde Laii interficti nuntius advenit, id quod facile fieri poterat, siquidem σχιστὴ illa propter Potnias, Cithaeronem et Plataeas versus (quum a Damasistrato Plataearum rege Laius humatus esse diceretur Apoll. 3, 5, 8, Pausan. 10, 5, 2) sita, a Thebis prope aberat. Improbabiliter enim fallerentur spectatores, qui quem modo in scena vidissent regem prope Delphos interfictum esse audirent. Quae si ita sunt, nuntii Laium comitati, nunc vero Thebas reducis verba fuisse credas, quae de Laii caede, alibi quam apud Sophoclem patratā, tam simpliciter quam diserte Schol. refert ad Oed. Reg. v. 733:

περὶ Λανθίδα φησὶ τὴν σχιστὴν ὄδον· ὁ δὲ Αἰσχύλος περὶ Ποτνίας οὕτως·

"Ἐπειτ' ἐπῆμεν τῆς ὄδον τροχίλατον
σχιστῆς κελεύθου τρίοδον, ἐνθα συμβολάς
τριῶν κελεύθων Ποτνιάδων ἡμείζομεν.

Thebarum regnum, nec Laii caede liberatarum, quum Creon feliciter retinere non posse sibi videretur, post novas clades a Sphinge illatas, quibus Creon ipse filio orbaretur (Schol. Phoen. 1748), Jocastam sceptrumque ei promittebat, qui urbem liberaturus esset. Itaque aenigmate soluto Oedipus Sphingem morti dat (id quod breviter referebatur, quum in satyrica fabula⁷⁶)

⁷⁵) Schol. Ven. Vespp. 288. Herm. Opusc. VII, 193. Schneid. I. I.

⁷⁶) Qua forsan calliditatis humanae vanitas ante oculos proponebatur Nitsch. pg. 497. Sphinx propter Laii ἀθέμιστα ζωτὰ ab Hera mittitur (Schol. Eur. Ph. 1748 pag. 272. Apoll. 3, 5, 8): propter Alemenam Thebanam Junoni exosam autumat Jaep. Die griechische Sphinx. Goett. 1854; ubi de Sphingio monte, de aenigmate dato et redditio loci inveniuntur pag. 2 — 9. Unde genus duxerit, adeo incertum est, ut Hesiodus

copiosius de Sphinge ageretur) Laiique uxorem regnumque accipiebat.

Videtur sub finem primae fabulae laeta Oedipi fortuna celebrata esse, ad quam in tertia chorus respicit his verss.
 $\tau\acute{\iota}\nu' \acute{a}r\delta\varrho\omega\nu \gamma\grave{\alpha}\varrho \tau\sigma\acute{o}\nu\delta' \acute{e}\vartheta\alpha\acute{n}\mu\alpha\sigma\omega\nu \kappa. \tau. \lambda.$ quaeque in contrarium mox se conversura erat. Nostrae fabulae versus $\acute{e}\pi\acute{e}\iota\delta'$ $\acute{a}\varrho\tau\acute{i}\varphi\varrho\omega\nu \acute{e}\gamma\acute{e}\nu\acute{e}\tau\omega\nu$ $\kappa. \tau. \lambda.$ secundae initium videntur indicare. Namque imminentium malorum indicia in prima fabula fuisse negaverim, nisi haec forte, quod eximia felicitate monerentur Thebani et Oedipus, oraculi sibi dati memor, meram felicitatem mortalium nemini contingere, id quod nostrae fabulae 750 sqq. et Agam. 755 significant:

$\acute{\epsilon}\kappa \acute{a}\acute{y}\alpha\theta\acute{a}\acute{s} \tau\acute{u}\chi\alpha\acute{s} \gamma\acute{e}\nu\acute{e}\i$
 $\beta\acute{l}\alpha\sigma\tau\acute{a}\nu\acute{e}\i \acute{a}\acute{x}\acute{o}\acute{d}\acute{e}\sigma\tau\omega\nu \acute{o}\acute{i}\acute{\zeta}\acute{v}\nu\acute{r}.$

Disertiora indicia primae inesse vix poterant, quum vicissitudines nimis cumulatae viderentur.

ipse nescisse videatnr, quosnam quave ratione parentes esse voluerit. Schoem. de Phoreyne ejq. fam. 16. Nec minus qua natura fuerit dubium. Erant enim qui latronem dicerent Paus. 9, 26, 2 ab Oedipo simulata societate necatam Suid. s. v. Oed., erant qui vatem difficilia oracula tradentem, quibus perverse usi Thebani perirent. Schol. Eur. Ph. 45. Inter recentiores utriusque Hermanni et Forehammeri sententias refert Schoem. l. l., ex quibus primo Angina, i. e. aestus ac fumus, alteri noxii vapores sive paludibus exhalati, tertio gelu et frigus videtur. — Alias etiam lunaticas explicationes pluribus persecutur Jaep, snamque profert, K. Fr. Hermanno maxime assentientem: esse enim dicit pestiferos paludum vapores, ab Oedipo exsiccatarum. Forma „immoti et rigidi monstri alata est et leonina“ de qua varia vide apud Schol. O. T. 1191. Apoll. 3, 5, 8. Eur. Phoen. 822. — De aenigmate Jaep. pag. 8: „Durch das Lösen von Rätseln pflegte ja nach orientalischer Sitte der neue Herrscher seine Weisheit zu beweisen, durch das Aufgeben derselben seine Weisheit auf die Probe gestellt zu werden. Cf. Kruse, Hellas II, 1, 533. (Eine ähnliche Bedeutung hat also wohl Salomons Richterspruch).“

Oedipi secundae fabulae argumentum ex stirpis recognitione profecta est, quae simpliciter fieri poterat, aut per vatem, aut comitis Laii caedi superstitis testimonio⁷⁷). Celeriter apud Aeschylum fata ad exitum properasse, subitoque nefandum scelus detectum fuisse, primum inde concludas, quod argumentum hujus tragoediae multo latius patuit, quoniam usque ad Oedipi mortem et Polynicis exilium deducendum erat. Deinde Sophoclis O. Rex testis est, multo brevius hanc rem tractatam esse. Itaque quum felicissimus sibi videretur Oedipus, praecipiti ruina pessum datur. De argumento fabulae indicia ex chori carmine vss. 702—772 repeatas, in quo nobis quidem obscuriora quaedam sunt, quae brevissime spectatores commonefieri sufficiebat. Oedipus igitur se occaecat, Jocasta morti se vovet⁷⁸). Jam quum filii regnum paternum sibi arriperent, diras iis imprecabatur Oedipus, ut ferro illud dividendum esset: tum vero a filiis ut patris memoriam, si possent, tollerent (Arg. 'Επτά, Phoen. 65 Diod. IV, 65) carceri injectus est: in quo moriens novum illud addidit, ut sua se manū occiderent, id quod omnis evitandi causa non ante caedem patratam commemoratur v. 820

εξέπραξεν, οὐδ' ἀπεῖπε
πατρόθεν εἰκταία φάτις.

Mortuum esse Oedipum, id quod negat Welcker Tril. 366, scenam, qua Antigone senem e carcere producat, Aeschylo vindicans, ex hisce appareat. Primum quidem πότνια Οἰδίπον σκιά vss. 955—971 de manibus dictum esse nemo negaret, nisi scholiastae aliam explicationem protulissent. Schwenk pag. 182 τυφλωθεὶς γὰρ εἴδωλον εἶναι δοκεῖ, et alter σκιὰν δὲ αὐτὸν καλεῖ διὰ τὴν τύφλωσιν, et tertius ὁ ἀσθενῆς Οἰδ. ὅτι δοκεῖ νῦν οὐδὲν

⁷⁷) De Laii manibus dubia res est. Gruppe Ariadne pag. 716. Schneid. Phil. III. 354. Pastorum confrontatio Sophocli debetur.

⁷⁸) Apud Euripidem post stragem demum fraternam Jocasta eodem ense se interficit. v. 1466.

ὑπάρχειν. Illi quidem videntur Oedipi exulis Colonei (quamquam apud Sophoclem quoque ante filios moritur Oedipus) et Phoenissarum⁷⁹⁾ male memores, de vivo haec intelligere; quin primus loci Sophoclei meminerit O. Col 109 *Οἰδίπον τόδ
ἄθλιον εἴδωλον* sive Euripidei Phoen. 1538 *ἀφανὲς αἴθέρος
εἴδωλον*. Haec quidem de se ipso dicere potest Oedipus, πότια σκιὰ ad mortuum referendum, sicut Soph. Ai. 1257 *ἀρδόσις οὐκέτ' ὄρτος ἀλλ' ἕδη σκιᾶς*. — Neque per totam fabulam vivi Oedipi mentio fit, id quod, si in urbe remansisset, improbabile esset: de exule, qualis est apud Sophoclem, nunquam legimus nisi comitante Antigone, quae apud Aeschylum Thebis est. — Exstirpatur praeterea πᾶν τὸ Λαιὸν γέρος v. 672, 795, 808, τετραμμέρον πατρόπω φυγῆ γέροντος 928 γέρος ὠλέσατε πρέμποθεν οὔτως⁸⁰⁾: qui potuit superstes esse Oedipus? Diserte denique v. 889 τάφων πατρών λαχαί et v. 988 πῆμα πατρὶ πάρεντον commemorantur: morti igitur in secunda fabula locum concedendum putamus. Nec video cur cum Welschero et Nitschio⁸¹⁾ Thebis eum sepultum fuisse negemus, ut est in Iliade (ψ' 679): indicio certe et testimonio quoque caremus. Mortuo igitur Oedipo rixa de hereditate exoritur, qua Eteocles major natu⁸²⁾ Polynice in exilium ejecto v. 618, 619

⁷⁹⁾ Ubi post stragem demum fraternalm in exilium ejicitur a Creonte vss. 1586, 1620.

⁸⁰⁾ Trilogiae rationi magis conveniebat haec in omne aevum exstirpatio generis, quam quod de fratribus filiis tradunt Herod. V. 61. Pausan. IX, 5, 7. Piudar Ol. II, 43.

⁸¹⁾ Nitschius confirmat, vel per se, vel propter Eleusinia mysteria verisimile esse, Oedipum apud Aeschylum Athenis sepultum esse: duobus locis ibi sacra illi instituta fuisse Pausan. I, 28, 8: qui locus ipse obloquitur, quum Sophoceli haec attribuat: τὰ γὰρ ξεῖ τὸν Θάρατον Σοφοκλεῖ πεποιημένα τὸν Οἰδίποδος Όμηρος οὐκ εἴτα μοι δόξαι πιστά.

⁸²⁾ Aliter apud Sophoclem, qui Polynicem majorem natu fuisse singit, ab Eteocle regno orbatum (O. C. 1346, 1487). O. C. 374. ζῶ μὲν τεάζων καὶ χρόνῳ μετων γεγός

regnum obtinet. Jam antea Polynicem sponte in exilium ivisse, deinde reversum et ab Eteocle tum demum exturbatum esse⁸³⁾, ex nostra fabula non appetet, quum versus 959, 960, non de priore, sed de uno hocce armati Polynicis reditu intelligendi sint.

Ex eo quod „tam significanter“ de Tydeo nuntius referat in tertia fabula, Hermannus concluserat, Argivam tragoediam praecessisse: possit aliquis haec ad Tydei legationem (II. IV, 379. V. 801) referre, qua bellum Thebanis indixerit pacisque conditiones proposuerit. Sed quodammodo inconvenienter Polynices, modo Thebis expulsus, Tydeum, interea affinitate sibi junctum, ad fratrem mitteret; neque plana belli initia hac fabula contenta fuisse inde credimus, quod quum de Argivorum ducibus tum de urbis conditione tam ubera sit tertiae fabulae expositio. In qua miramur quidem Aeschyli artem, qui virginum sermones tam ingeniose miscuerit, ut identidem miseram ipsarum fortunam, belli vices et oppugnatae urbis singulos terrores depingant: nec vero facere possumus, ut credamus, eadem vel similia in priore jam fabula tractata esse. Substituit igitur illa in eo tempore, quum Polynices in exilium ejiceretur, Eteocles regnum sibi arrogaret. Namque quod Amphiarae vaticinum, quo soli Adrasto νόστιμον ἥμαρ praediceretur, hac fabula contentum fuisse putat cum Hermanno Schneidewinus, non est quod

τὸν πρόσθε γεννηθέντα Πολυνείκην θρόνον
ἀποστεφόσκει, καξελήλακεν πάτρας.

Ex hac de utriusque actate verborum copiâ et abundantia, eo magis mirâ, quum Ismenes sororis verba sint ad ipsum patrem data, satis certo concludas, Sophoclis hanc novam esse rationem. — Apud Eur. (et Statium) major Eteocl. foedus regnandi alternâ vice violat (in colloquio fratum de primogenitura nil dicitur, quum pactio illa aliquid improbabilitatis haberet), unde non discriminem tantum existeret necesse erat, sed causa etiam Eteoclis inferior fit, aequa ac apud Soph., ut ipse profiteatur εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χορὶ τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν. v. 527. Ph.

⁸³⁾ Welek. Schulzg. 1832, 167. Schneidew. Phil. III. Ann. 10.

concedamus. Etenim mos ille congerendi μυημεῖα τοῖς τεκοῦσιν
ἢ δόμοντος quantopere deceat heroes, qui statuerunt

ἢ . . λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ

ἢ γῆν θαρόντες τήνδε φυράσειν φόρῳ⁸⁴⁾ v. 48.

quamque graviter et pulchre a poeta commemoratus sit, verbo tetigisse sat est. Jam quod ad Adrasti currum μυημεῖα congesta facit, quem superstitem fuisse primo bello Thebano notum erat, vel tum quum hujus belli initia depingeret, poetae non licitum tantum sed ex lege poetica fere necessarium erat, neque talis quasi prolepsis habet quidquam quod offendat⁸⁵⁾). Eodem pacto apud Eur. Phoen. 189 — 193 Antigone orat, ut Capaneus fulmine tangatur. Adde quod Adrastus, Tydei et Polynicis sacer, belli quodammodo auctor, quum generos restituturus esset, inter septem duces non erat, qui portis copias adducerent; adde praeterea, quod ceterorum ducum neces, praeter Et. et Pol., hacce trilogia non narrantur: quo minus tale vaticinium Oedipodi tragediae insertum fuisse necesse est.

V.

Tertiâ denique tragediâ malorum series ad exitum properat, quum Et. et Pol., postremi Labdacidae, mutua caede se extirpent, quorum strage tripartita unda recumbit. Hujus igitur fabulae singulâs scenas accutatius contemplabimur, quae epice magis ex lyrice quam dramatice sunt conjunctae, quum rectâ quasi planâque viâ omnia procedant. Scena Cadmea est, Thebarum arx. Non male observatum est (Ilgen de choro Gr. pag. 13, Suevern l. l. pag. 146, Bode pag. 198), scenam

⁸⁴⁾ Argi ara fuisse dicitur Jovis Pluvii, ad quam dues morti se vovissent, nisi foret ut Thebas expugnarent: idque ab Aeschylo ad portas Thebanas translatum esse. Patin étud. s. I. tr. gr. 181.

⁸⁵⁾ Schol. ad v. 49, 50. Schwenk pag. 59, τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς ιστορίας Ναφέν, ὅτι ἵσουθη ὁ Ἀδραστος· ἵπει πόθεν ἥδεσαι, ὅτι δὴ φεύξεται;

fabularum graecarum in publicis locis esse, quo facile homines convenirent, ex iisque chorū formari. Sed quod Patin aduotat: „de jeunes Thébaines forment le choeur fort naturellement, car les Thébains sont sur les remparts“, rectius in contrarium verteris; quae chori carminibus cantanda essent, iis chorū adaptabat poeta, choro scenam. Quum poetæ periculum in horas auctum, civiumque metus, hostium aggrediendi, Eteoclis defendendi studia, opera, opera, quae ante oculos proponi nequirent, explicanda essent spectatoribus: quinam anxius timerent, quinam majore cum pietate Deos adorarent, quinam proeliorum exitu magis commoverentur, quam quibus expugnatā urbe dedecus servitusque immineret? Virgines autem Thebanae quo melius concurrerent, quam ad arcem, non principis tantum sedem, rerum igitur quasi scenam, quo nuntii res novas referrent, unde conspici possent omnia: sed Deorum quoque tuentium et invocandorum sedem? Illorum igitur, Minervae, Neptuni, Veneris, Martis, Apollinis aiae ibi statuaeque conspiciebantur, templumque et regia Cadmi: ex qua procedens, ubi aulaeum pressum est, Eteocles cives convocatos alloquitur⁸⁶).

Prologus v. 1—78.

Splendidissimo hocce prologo in medias res introducimur, neque fastidiosa nos moratur, Euripidis more, longa personarum rerumque explicatio; qua eo minus Aeschylo opus erat, quum antecedentibus fabulis satis jam instructi essent spectatores. Convocatam autem esse concessionem demonstrat totius prologi indoles, quum solemni oratione cives, quos instans periculum docere vellet, alloquatur. Primo se quod sui officii sit, strenue patraturum esse dicit: si res prospere cedant, Diis gratias re-

⁸⁶) Mane. Schuetz comm. 206. Conspicitur in scena vel potius in orchestra populus Thebanus, personae multae: exemplum hoc est δοσυφορηματος. Herm. II, pag. 267. Cf. pg. h. diss. 59.

ferri, sin minus, regi imputari cladem: (qua re suum timorem indicare videtur, ne ex suo fato pendere credant urbis salutem): quodquum tam grave regi munus concedant, quae ipsorum sint, sine dubio et ipsos aequre strenue praestituros. Jam quum novum aggressus periculum immineat, a vate praedictum (quem e prioribus fabulis notum fuisse spectatoribus diximus), per Deos suosque eos obtestatur, ut almae matri patriae θρησπτίζω referant. Hostes ne tantopere timerent: si strenue proeliari conarentur, Deos, adhuc fidos Thebarum tutores, cetera quoque urbis fata faventibus animis pensuros: se interim per nuntios de hostium conatibus certiore factum iri.

Concione deinde dimissa nuntius reddit, deque Argivorum exercitu refert, quae suis oculis perspexit. Apud Euripidem legatus ob inducias missus Argivorum duces et signa novit: probabiliter quidem, neque tamen Aeschyleac tragœdiae com mode, in qua non nomina tantum et signa, sed consilia illi quoque et apparatus exponenda essent, quae legato non poterant esse cognita. Speculator igitur rediens de diris sacris votisque ducum renuntiat, quibus se obstringentes urbem pernicie aut se morti voverunt. Atque etiam fortissimos illos heroës, qui funestum foedus sanguine sacratum inierunt, dulcis patriæ parentumque memoria subit, ut μημεῖα congerant domum suis referenda ab Adrasto, bello superstite futuro. — Esse vero in eo dicit Argivos, ut septem inter se portas Thebarum sortirentur, cui quisque copias adducturus esset.

Quum plura se nuntiaturum promisisset de Argivorum exercitu, abit speculator, et Eteocles tanquam fortis bonusque rex Diis preces fundit, quibus -urbem, graeca lingua usam (quam a Graecis dirui contra jus gentium erat) iis cordi esse jubet⁸⁷⁾: ne extirpatam servitudini objiciant: admonetque

⁸⁷⁾ Quod versu 154 πόλιν μὴ προδῶθ' ἐπεοφώνῳ στράτῳ dicitur de Argivorum exercitu, non cum schol. de variarum nationum

praeterea, urbem, felicitate florentem, honoribus Deos prosequi: quae preces ex antiquitatis indole impietatis prorsus expertes sunt. Licet pius etiamtum et fortis dux appareat Eteocles, facere tamen non jam potest, quin quae intimo pectore se summopere commovent, paternas exsecrations commemoret, ut facile intelligas, quae nunc quasi dormitantia et abscondita recedant, mox funesta cum vi proruptura et dominatura esse. Atque haec dirarum, quo primo fieri poterat loco, commemoratio indicare videtur, Eteoclis non magis quam spectatorum animis obversari, ad hasce omnia revocatum iri: neque quidquam profert, quo vel ipsius culpa imminuat, vel dirarum auctoritas tollatur.

Parodos v. 78 — 163.

Mox quum Eteocles regiam intrasset (namque in scena eum remansisse sacra patranted, id quod Droysen velle videtur Uebersetzg. II. Bd. pag. 114, vix crediderim, quum virgines et sacra moleste turbassent et prius coercitae forent) Thebanae virgines in orchestram inconditio agmine properant. Namque Argivorum exercitus aggredi coepit, virginesque vel ad videndum vel ad precandum in Cadmeam adscendunt. Metus ille et desperantia virginum, quae vocibus exhalant, quanto intentius spectatorum animos percellebant, quum virgines conspicerent huc illuc et utroque sine ordine currentes, Deorum Dearum aras amplectentes, ad simulacra sese projicientes⁸⁸)? Eximie poëta timorem una cum periculo crescentem depinxit: pulverem primo sonitumque ungularum percipiunt, deosque omnes implorant, ut inopiae occurrant: augetur timor, quum

exercitu intelligentum videtur, sed potius quasi per prolepsin de Argivis dorico sermone postea usis.

⁸⁸) **Telestes**, Aeschylus ὁρχηστῆς, δι' ὁρχήσεως φανερὰ πολησαι τὰ πράγματα in Sept. fab. dicitur Athen. Casaub. I, 22 stereot. vol. I, pag. 38.

clypeorum telorumque sonum exaudint; quumque moenibus accessit exercitus, singulos deos majore cum angore gemitique, simulacra amplexae, invocant: hastarum ad portas sono lapidumque ad moenia projectorum summopere perculsae prostrataeque ad simulacra, anxio clamore manus porrigentes, summi terroris imago sunt: in quas Eteocles revertens acriter invehitur.

Choricam in hoc carmine responsionem ante versum 151 nullam esse arbitror, eaque lubenter caruerim. Non sane ignoro, multis et variis modis systemata subtilemque responsionem restituta esse a viris doctis violento quodam acumine, sed quicunque medicamentis, ferro, igni huic choro medebantur⁸⁹⁾: nemo fuit qui vel certi quidquam elaborasse vel ad responsionem tam correctam accessisse, qualis Aeschyli solet esse, suo sibi jure videri possit. Hermannus quidem II. pag. 273 ad v. 78 strophas ita inter se modo similitudine metrorum, modo discrepantia initiorum et finium distinctas esse dicit, ut facile discerni singularumque ambitus determinari possint. Priorem enim carminis partem *ἄλλοιόστροφον* esse, neque tamen *σποράδην* singulas deinceps aliam aliunde accurrisse: *κατὰ ξυγά* dispositum fuisse chorū: isti igitur stationi accommodavit virginum dicta. Licet summo hoc acumine et ingenio factum sit, plurimos credo in eo ipso assentientes habebit, quod confitetur, se affirmare non posse, utrum ea distributio illa ipsa sit, quam poeta fecerit, an minus. Neque aliter est de Ritschelio, a quo, etsi in editione sua Hermanni textum dedit e consilio, longe aliam distributionem in scholis ipse accepi quindecim virginum verba discernentem, quae artificiosissima textus reconstructione

⁸⁹⁾ Bamberger de carm. A. a partibus chori cantatis. Seidler de vss. dogm. Passow. R. Enger. Arnz Schulzg. 1833, 34. Haupt. Franken de antiq. Aesch. interpretibus. Droysen. Quorum quemque suum sibi textum resinxisse putato, neque usquam majorem esse lectionum varietatem et discrepantium.

ut sibi respondeant coguntur⁹⁰⁾). Nescias luxuriamne magis summi ingenii an acumen mireris. Quamquam talis subitarum precum et ad aras prosternationis indoles et conditio esse videtur, ut aegre conveniat cum chorica responsione, atque versus illi dogmaci, qui summum semper πάθος prae se ferunt, facillime recedunt ab illa.

Episodium I, v. 163 — 270.

Jamjam paullo sedatiorum virginum verba ad choramicam responsionem revocata sunt, quum Eteocles intrat. Quod tam acribus gravibusque verbis utatur, ea ipsa re Welcker ingeniose animadvertisit, ipsius timorem aperiri, quem opprimere et quasi obtundere conatur. Nec non viri regisque erat, dissimulato angore suo alienos coercere⁹¹⁾). Indignabundus igitur virgines Θρέμματ' οὐκ ἀρασχετά, mox etiam σωφρόνων μισήματα appellat: summopere enim veretur, ne clamore ululatuque cives terreantur⁹²⁾). Oratio ipsa indignationis quendam impetum prae se fert: primum versu illo ἀνὴρ γυνή τε χῶ τι τῶν μεταιχμιον, in quo illud μεταιχμιον distincta notione caret, et luxurianti affectui debetur⁹³⁾) non minus quam alterum illud

⁹⁰⁾ Hunc quidem in modum:	I.	II α'	III β'	IV γ'	V α'
	v. 78.	79, 80.	81, 82.	83, 84.	85, 86, 87.
VI β'	VII γ'	VIII δ'	IX ε'	X ε'	XI δ'
88, 89, 90.	91, 92, 93.	94, 95.	96, 97, 98.	99, 100, 101.	102, 103.
str. α'.	str. β'.	ant. α'.	ant. β'.	XII ζ'.	XIII ζ'.
104—9.	110—18.	120—25.	125—34.	135—38.	139—42.
XV ξ'.					143—46.
147—50.					

⁹¹⁾ O. C. 1429. ἐπεὶ οὐρανηλάτου
χρηστοῦ, τὰ κρείσσω μηδὲ τάνδεα λέγειν.

⁹³⁾ Id quod schol. jam viderat Schwenk pag. 80 δηλοῖ τὸν ἀληθῶς ὁργιζόμενον. Herm. 284. — Ritschl. pag. 15 ἀκατόως δὲ η λέξις.

⁹²⁾ Bode, pag. 300. Was er dabei am meisten befürchtet, ist die Entmuthigung seiner bereits zum Kampfe gerüsteten Kriegsschaaren. Daher der strenge Befehl an die Jungfrauen, den Mund nicht einmal zum Gebete zu öffnen, damit

κεὶ μῆτις ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἀκούσεται, quoniam imperium neque dedit neque daturus est: sed quum per se liqueat, quid flagitet, quam optime convenit, iratum regem tali abrupto sermone uti: neque video, quid sibi velint Dindorfus et Hartmannus, qui versum supplendum censem, quo virginibus silentium imperetur, causa non addita nisi quod v. 177 explicit pagina codicis, v. 178 proxima incipit, „unde facillime versus elidi potuit“. Extrema Eteoclis verba ostendunt, gemitum ululatumque nondum cessisse: paullo tamen regis praesentiā verbisque confirmatae eumque reverentes virgines muliebrem angorem quodammodo excusant, eoque ipsum quoque movere videntur, ut tranquilliore mente verbisque utatur. Itaque non recte facere dicit nautas, qui imminentे periculo sua negotia negligentes ad proram concurrant, Deos imploraturi. Respondent virgines, se bellicoso strepitu excitatas Deorum auxilium invocasse. Sequentium versuum sensus hic est: Feminae ad deos omnia referunt, p̄ae illis omnia vilipendunt: illis solis confidere neque interesse fere credere, num quid de suo ad defendantum periculum viri instituant: viri contra p̄ae omnibus, quod sui sit officii, strenue patrandum censem. Atque dum talem fortitudinem Eteoclis verba spirant, indicare idem videtur, quoniam ipse erga deos animo moveatur: etenim illos sibi infestos ratus, nil jam iis confidit: sed militibus, sed vallis turribusque: ipsius vicem urbem a Diis servatum iri non sperat, nisi suam

ihre klagende Stimme nicht bis zu den Thoren der Stadt dringe. Diese Entrüstung und dieser Ansbruch des Zornes in einem von Gewissensurruhe über den väterlichen Fluch und von drohender Gefahr zur äußersten Kraftanstrengung mächtig aufgeregten Helden ist meisterhaft gezeichnet. — Patin, pag. 184. Et qui gourmandait la faiblesse des jeunes Thébaines, leur reprochait d'amollir par leurs lamentations le courage des citoyens, leur prescrivait, leur enseignait par son exemple une manière plus belliqueuse d'invoquer l'aide des dieux.

ipsorum vicem illi servatam eam velint. Versus vero 199—201. Eteoclis verba esse, vel obloquente Hermanno plurimisque editionum auctoribus, non dubitem contendere: molestissime enim versuum concinnitas 190—192, 199—201, 206—208, 213—215, 219—221, 225—227 sublata esset, neque chorus melicis modis quatuor jambos inseruisse putari potest. Sensus vero versuum hic est: vos Deos adulamini, queribundis vanisque precibus usae: regite animos et rogate, quae sint salutaria urbi: rogate, ut moenia defendant hostilem impetum: nonne hoc deorum quoque interest? *πρός τινος εἶναι* hoc modo dici vide Thuc. III, 38, Soph. Oed. R. 1434, *πρός σοῦ γὰρ οὐδὲ μοῦ φράσω*, i. e. non meā sed tuā causā. Fortitudo Eteoclis pietatem exsuperat: ille justo minus, virgines nimis confidunt diis: in suam utriusque partem peccant, ut fieri solet, quoties ad suam alter alterum rationem commovere conatur. Moenia, inquit, turresque urbem non deserent, diisque diutius nos tuebuntur: illi quidem ex capienda urbe recedunt: ne recedant virgines precantur. Quibus quum Eteocles respondeat *μή μοι θεὸν παλοῦσα βουλεύον πανῶς*, non omnem deorum imprecationem restringit, sed rationem tantum illam, qua utuntur. Sensus non esse; „qui Deos invocat, male urbi consulit“, et ex iis, quae sequuntur et per se liquet, quum ineptum tale praeceptum esset. Ne flebiliter precando civesque terrendo urbis saluti obstate⁹⁴⁾: obedientia ceteris rebus omnibus praestat: id quod concedunt quidem⁹⁵⁾ virgines, majorem tamen esse Deorum potentiam. Quos oraculis sacrisque et votis adire virorum esse Eteocles respondet: nec feminas ab eorum veneratione arcere vult, dummodo fortiore quodam animo fiat desistantque, ululatu gemituque cives terrere urbemque peri-

⁹⁴⁾ Schol. Schwenk pag. 84 διὰ οπαραγμάτων καὶ θρήνων τὸν πολέμοντα κατακλύσσει πρὸς δευτέρην ἐπάγονον.

⁹⁵⁾ ξοτι· schol. Schwenk pag. 85 παλῶς εἴπας τοῦτο.

clitari. Jam quum denuo timorem causamque qua adsint, excusent v. 222—224, scite factum est ab Aeschylo, ut, quum virgines Eteocles adeo jam sedatas et corroboratas videat, ut diro moribundorum adspectui mox tolerando verbis eas assuefacere conetur, virginesque re vera tranquilliores jam animum gerant, id quod metri quoque a dogmatis in jambos conversio significat, ingeniose inquam factum est a poeta, ut renovato strepitu bellico denuo virginum metus et angor exardescat, quas aegre rex compescit, non acribus minantibusque verbis, sed comibus et mansuetis: (cf. versum *ἱμᾶς ἐρωτῶ* cum illo *αἰτονυμέρῳ* totamque indolem versuum 181—203 cum 264—286): quod si regia auctoritate, terrore, poena impetrasset, comprimi, dum adesset, sollicitudo poterat, sed egresso rege exardesceret denuo, ex humani pectoris indole necesse erat. Itaque rex suo exemplo virgines meliorum precum rationem docet, qua non fletili miseraque querimonia a Diis auxilium petit, sed ad societatem eos invocat (*ξυμάχονς εἴραι θεόνς*) atque ex ejus aetatis religione ditia servatae urbis sacra et anathemata votet: neque, ut antea, quum solus esset in scena, Jovem, Tellurem et Aras invocat ad misericordiam, sed peculiares patriae Deos tutores, quorum quidem plurimi intercerat, ut urbs servaretur. Praeter vota illa sibi ipsi exercitique confidit, ex quo sex sibi septimo duces v. 265 allектurus abit.

Stasimon I, v. 270—356.

Tranquilliores quodammodo virgines et in scenicum ordinem congressae Diis iterum preces carmine fundunt. Ex carminis indole perspicimus, metum sedatum esse, licet Patinio contra visum sit pag. 184: Les sentimens un moment comprimés par sa présence, éclatent de nouveau avec une force toujours croissante. — Nec vero immoderate timentis est, hoc modo deos implorare, ne tam magnam et überam urbem, ipsos pie colentem, hostibus tradant, neque verbis tam pulchris se

cum imbellibus columbis comparare: sed ejus, qui in ipso periculo sese servatum iri quodammodo opinione paecepit. Neque recte illam expugnatae urbis imaginem, tristis dulcedinis plenam, qui nimium timebunt, exponent. Licet arctius Thebas cum nave undis circumjecta comparare. Igitur in illa quum procella fluctusque instant, strepitque dum advolvitur unda, silentes nautae malos scandunt, vela regunt, mare circumspiciunt: gubernator clavum tenens quietus sedet in puppi, nulla voce ipsius timorem exprimens. At ceteri qui ad defendendum periculum nil valent, ad proram se proripiunt, Deorum sedem, eosque miserrima prece invocant, tremebundi huc et illuc cursantes. Quos si gubernator graviter increpuit et dissimulato ipsius metu sedare et firmis verbis erigere animis conatus est: nonne compressae et fere superatae formidinis indicium est, si de ingenti naufragii periculo et miserrima in undis nece sermones miscent? Itaque dum sedatiore voce, nullo ululatu, nulla vociferatione, oratione placide magis fluente imaginem expugnatae urbis depingunt, sui periculi fere immemores quasi de alieno dicentes, et ipsarum et spectatorum animos, excitatos quodammodo et conterritos subita illa parodo, sedaverunt suisque finibus coercuerunt, spe utrisque proposita, fore ut servetur urbs et virgines. Quae quum ita sint, tranquilliores jamjam in eo sunt, ut aequis animis apparatus hostium exaudiant, quum ab altera parte nuntius illos relaturus, ab altera Eteocles auditurus scenam intrant. Redisse putandus est cum sex illis ducibus, quos sibi affecturus erat v. 265; namque vss. 388. 453 de uno et altero dicit „τόνδε“, ut novum hoc exemplum sit δορυφορίματος, cf. not. huj. diss. 86. Quibus eligendis et exercitui lustrando tempus dedit, quod interest inter utramque scenam.

Episodium II, v. 356—700.

Sequitur laudatissimum illud de septem ducibus episodium. Sunt qui Euripidis auctoritate fisi illius ambitum vituperare

ausint. Namque his ille verbis utitur Phoen. v. 758. Valcken.

ὄνομα δέκαστον διατριψή πολλὴ λέγειν
ἔχθρῶν ἵπ' αὐτοῖς τείχεσιν καθημέρων.

Non sane Euripides hujus episodii splendorem et pulchritudinem non perspexisse putandus est: cur igitur reprehendit? Malignius hos versus interpretati videntur, qui Euripidem invidioso et minuto vituperio grandem poetam petisse autumant⁹⁶⁾), si quidem ipsum vituperium causam finemque vituperii fuisse censem. Euripidem bene prospexit arbitror, auditoribus, quem Phoenissae doceretur, Aeschyleam fabulam animis obversaturam esse, eosque bene memores hujus episodii similem quandam septem ducum descriptionem expectaturos fore. Aemulatio illius et imitatio prudenti poetae evitanda erat⁹⁷⁾: si tacite evitasset, eam fugisse visus foret. Quare cur non et ipse illos depingeret, causam profert, quae statim auditores commotura erat, de Aeschyli laude vix quidquam detractura: itaque suam magis vicem, quam ut Aeschylum notaret, verbis illis usus est. Atque ineptum videretur Aeschyli vituperium, in quod statim et ipse incurrit Euripides qui per trecentos deinde versus proeliorem nullam mentionem facit, quamquam Eteocles jamjam consilium pugnandi cum Polynice cepit: id quod apud Aeschylum recte serius demum fit: talis quidem mora regem summopere dedecret.

Nec sumus ii, qui negemus, longum hoc ante proelia episodium quodammodo improbabile posse videri: ne revera improbabile appareat, prudentissime ipse Aeschylus cavit; namque

⁹⁶⁾ Brumoy th. d. Gr. IV, 178 si l'on y regarde de près, il paraît qu'Euripide donne ici un trait de satyre assez fin à son prédecesseur, eique assentit Valcken. pag. 302.

⁹⁷⁾ Hugo Grotius prolegg. 31. Valek. II, 348: Aeschyli reverentiam eo demonstravit Euripides, quod de septem ducibus locum praeteriit, ab illo eximie tractatum. — Nec minus schol. adnotat ad Phoen. 1758 περίλασται δὲ τὰς ὄρογειας etc. Herm. Aesch. pag. 300, quod scholium in Valek. editione non legitur.

statim ab initio nuntium referentem facit, etiamnunc vatem Amphiaraum prohibere ab Ismeni transitu Argivos, renuentibus sacrificiis:

*πόρον δ' Ἰσμηρὸν οὐκ ἐξ περᾶν
οὐ μάντις οὐ γὰρ σφάγια γίγνεται καλά.*

Sunt etiam aesthetici quidam homines qui inconcinnitatem quasi quandam notandam autūmaverint, quum hujus episodii ambitum non convenire contendant cum ceteris episodiis et carminibus totaque fabula. Neque Aeschyli profecto, neque nostra interest, si in vituperium ille incurrit eorum hominum, qui neglectis rationibus poeticis ad cubitum tragedias metiri in promptu habent. Episodium enim illud, ex quo non titulus tantum tragediae, sed tanta etiam gloria parabatur, ut *"Αρεος πεστὴν* vocaretur, Marathoniis et Salaminiiis heroibus vix longius visum est. Animadversum est, hac fabula poetam, victorem Marathonium, id agere ut cives bellico animo impletat⁹⁸⁾: hoc vero pro fabulae fine habere, ideo prorsus illicitum est, quia Aeschylus tragediarum argumenta elegisse putandus est non quae huic illive rationi inservirent, sed quae tragicam indolem prae se ferrent. — Considerandum praeterea hoc est, quod dum singulos singulis ducibus Eteocles opponit, et in ultima porta Polynicem pugnaturum audit, superbis signis verbisque usum, optime eo inducatur ut ipse ei obviam ire statuat. Atque in universum aestimanti, quonam ad totam tragediam momento sit hoc episodium, brevius meliusve exponi nequit quam Welckeri verbis Tril. 362. Die Furcht der Thebanerinnen bekämpfend, ringt Eteocles gegen seine eignen Ahnungen; er hebt sich scheinbar darüber hinweg in den heldenmässigen Antworten auf die Botschaft von den feindlichen Fürsten und sinkt plötzlich zurück, wie ihm das Bild des Bruders vor Augen gehalten worden So sind diese Reden

⁹⁸⁾ Bode pag. 245.

nach einem tiefen Kunstplan angelegt in jeder Beziehung zweckmässig: Sie schildern im entscheidenden Augenblick den Geist der feindlichen Helden, sie bilden in ihrer epischen Breite⁹⁹⁾ eine der Mitte der ganzen (Trilogie scribebat Welcker, lege) Tragödie angemessene Episode, und stellen zugleich den Kampf in der Seele des Eteocles gleichsam in lebendiger Handlung dar.

Cuique igitur ducum Argivorum, a nuntio magna verborum vi et delectu descripto¹⁰⁰⁾ statim Eteocles Thebanum virum

⁹⁹⁾ Satis bene, quamquam non ille primus, Patin de tota nostra tragœdia admonuit: c'est un ouvrage propre à nous montrer, comment de l'ode et de l'épopée naquit la tragédie, que cette composition de caractère indécis lyrique et épique tour à tour. Maxime vero hocce episodium accedit ad epicam rationem, quac eum lyricâ mixta tragœdiarum fons et origo habetur. Namque ab initio rerum memoria eum quibusque carminibus intime conjuncta fuit (Pind. Pyth. I, 179—195 *ποιδολοι* rerum traditores sunt) et ipsa tragica poesis, imprimis Aeschylea, indicandi et nuntiandi vice saepe fungitur, ut in Prometh., Persis et h. n. loco: apud Sophoclem tandem actioni omnia inserviunt atque subjecta sunt; apud Euripidem labentis jamjam artis tragicæ indicium est, quod res historicæ uberioris tractari cooperunt.

¹⁰⁰⁾ Aliquo quidem ordine duees portasque nominari concedimus Valek. de Aristobulo 119; quoniam vero hoc factum sit, nec investigari posse, nec referre quidquam profitemur. Duce ex Aesch. ordine hi sunt: Tydeus, Capaneus, Eteocles, Hippomedon, Parthenopaens, Amphiaraos, Polynices: iidem apud Sophoclem O. C. 1305 sqq. Euripides pro Eteoclo ponit Adrastum Ph. 1141, item Apollodorus 3, 6, 2 et 3, 6, 6; alii pro Tydeo et Pol. Eteoculum et Mecisteum; ex epigonorum denique nominibns Apoll. 3, 7, colligas pro Eteoclo et Hippomedonte fuisse qui Adrastum et Mecisteum ponerent. Portae autem Aeschyleae, herorum nominibus denominatae, haec sunt: Proctides, Electrae, Neïtæ, Oncaæae, Borraeæae, Omo-loides et Septimæae (sive Hypsistæae). Eurip. Phoen. 1111—1141 Oncaæas appellat Ogygias et pro Borraeas habet Krenæas, item Apoll. l. l., discernens practerea inter Ogygias et Oncaæas, omissis Neïtis. Pansanias IX, 8, 3 pro Borraeis Krenæas, Statius VII, 352—7 pro Borracis Direæas. Adde quod fraterna caedes ad Krenæas, ad Hypsistas, ad Neïtas patrata esse dicitur et quod Aesch., Eur., Apoll., dñcum portarumque

armis clarum opponit, breve stropha chorus vel patrio duci salutem precatur, vel Argivum exitio devovet, Jovis fulmina in clamans. Unusquisque Argivorum, exemto Amphiarao, tanquam superbus dux deorumque contemtor depingitur, quo fiducia non minus quam ira Eteoclis incitatur, quumque Amphiarao ducem egregium opponere moneatur, δευτὸς γὰρ ὁ Θεοὺς σέβει, fortunam quasi deplorat, quae justum impiorum societati adjunxerit. Rectissime hoc modo aversatur timorem, quo justissimus ille Amphiaraos non potuit non percellere regem. Jam quum ad septimam portam Polynicem accedere audiat, subito Eteocles, antea fortissimus sibique sisus rex diris quasi resuscitatis concidit, suam secum mortem fratrisque caedem pectore revolvens. Deorum odium, generis cladem, patris diras, queribundus et desperantis instar deslet. Sed coercitis coram virginibus, quos antea increpuerat, querelis (ne miseror existat gemitus, i. e. feminarum), fortiter suum sibi fatum expedit.

nomina referentes vix de uno consentiunt, cetera prorsus discrepantes: ergo a consociandis scriptoribus abstinebis. Etiam Aeschylum tantum cum Pausania comparanti statim confitendum, portarum ordinem prorsus alium esse: quique situm enijsqne definire voluerunt, non ex ordine locali ab Aesch. portas nominari confessi sunt. Mittamus igitur illud quaerere, et haec animadvertisse satis habeamus. Aeschylo ex ratione poëtica Polynices ultimo loco nominandus erat, et nuntio et spectatoribus sperantibus, fore, ut ex ceteris aliquem sibi eligeret. Nominatur igitur primo loco qui vi et armis maxime pollere videtur Tydeus (si quis subtilitatem quaestionum adamat, exponat, quinam fiat ut Tydeus Aeschylo γῆγας sit v. 405, Homero μηνὸς δέμας Il. V, 801). Soph. quidem ab Amphiarao exorditur, hoc credo consilio, quod Pol. quum patrem sibi in societatem adsciscere vellet, inter duces secum junctos Amphiaraum primum nominat, tali socio rem suam probaturus. — Capaneus deinde nominatur, aequi fortis feroxque. Sed quum neutrum in se susciperet Eteocles, extremo loco reservat nuntius, qui ob alias causas in primis timendi sunt, ob justitiam pietatemque Amphiaraos, ob consanguinitatem Polynices.

Verba autem illa, quibus se prae ceteris decere dicit, cum Polynice certare: *τίς ἄλλος μᾶλλον ἐρδικώτερος;* nescio an per quandam u. a. ironiae amaritudinem erga Deos conceptam dicantur, ad quos suam culpam delegat. Non humanitatis, non dulcium affectuum vis appetet in illo: cedit in hisce Aeschylus Sophocli et Euripidi (is quidem hoc loco per matrem mitiore affectu pectora fratrum percussit) ex religione sola dehortamenta chori depromens, Eteoclis causas ex fortitudine. Chorus igitur gravissimo dehortamento utitur, quo uno a tali proposito deterrei poterat rex

*ἄνδροιν δ' ὁμαίουν Θάρατος ὥδ' αὐτοκτόνος
οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος.*

Quod posteaquam virtutis specie praetenta odioque deorum recusavit, flexum etiamtum iri Eteoclem, inceptoque destitutum, neque chorus neque spectatores sperabunt: nihilominus rectissime producitur dialogus inter chorūm et Eteoclem. Nempe si quis grande quoddam consilium cepit, de quo nullo modo deterrei se patietur, eo magis aliorum dehortationes audit, non quo illae facturae quidquam sint ad commutandum consilium, sed quia illis ipsis sese corroboratum deque necessitate sibi persuasum iri sperat. Sic nostro loco inanes ad extremum preces addit chorus, quibus magis etiam Eteoclis consilium firmatur: *οὐκ ἄνδρ' ὀπλίτην τοῦτο χρὴ στέργειν ἔπος!* nec jam terret parricidium: fratri mortem minitans erumpit.

Stasimon II, v. 701—772.

Tum vero chorus quoque de fratrum salute desperat: jam in eo Erinnya esse dicit, ut diras Oedipodeas patret: ferrum divisurum opes paternas: regni expertes tantum telluris habituros filios, quantum sepeliendis sufficiat: mutua caedes animis obversatur, quae piari nequeat: eam quidem novissimam cladem prioribus adjungi. Itaque illac denuo ante oculos ponuntur. Laii igitur illa παρθεσία impunis non remansit: Apollo juris

divini vindex, per tria genera Labdacidas persequitur; id quod pluribus exposuimus, quum de Laio et Oedipo fabulis ageremus. Atque in tripartita illa Labdacidarum serie malorum Oedipus, tanquam in medio positus, in tria genera saevit. Laium occidit, se ipsum occaecat, filios diris devovet: quod quum suo jure fecerit, „vota suos habuere deos“, jamque in eo res est, ut mutua caede extirpetur omne Laii genus: sed de opibus tantum a choro verba fiunt; de caede, statim illa quidem a nuntio referenda, ominis evitandi causâ tacetur.

Episodium III, v. 772—801.

Nuntius autem proelii exitum referens, ab urbis salute exorditur: *Θυρσεῖτε . . . πόλις πέφενγεν ἵδε δούλειον ζυγόν*, ut denuo urbs quasi imaginis fundus appareat. Subinde tantummodo per interrogata et responsa fratrum caedes aperitur.

Stasimon III, v. 801—931.

Laetis propter servatam urbem suamque fortunam, tristibus propter regum stragem animis chorus utrumque affectum verbis exhalat, quorum neuter praevalet: *σωθείσης τῆς πόλεως ἄτοπον ἥγεῖται τὸ θρηνεῖν, καὶ Οὐχ ὁσήν πταμένοισιν ἐπ’ ἀνδράσιν εὐχετάσθαι*. Schol. a. ad v. 785 Schwenk pag. 165. Non immeritis fatis Eteoclem et Polynicem plecti, non nisi a choro poterat exponi, neque prius quam necem passi forent, vetante antea reverentia regis. Carmini autem huic culpae monumenta satis plana insunt

809—811. *οἱ δῆτ’ ὁρθῶς κατ’ ἐπωνυμίαν
κλεινοί δ’ ἐτεόν¹⁰¹⁾ καὶ πολυνεικεῖς
ώλοντ’ ἀσεβεῖ διαροίᾳ.*

853. *ἰὼ ἰὼ δύσφρονες
φίλων ἄπιστοι καὶ πακῶν ἀτρύμονες.*

860. *πικρὰς μοναρχίας ἴδοντες.*

¹⁰¹⁾ Ex elegantissima illa quamvis arbitraria Hermauni conjectura.

897. πάρεστι δὲ εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν
ώς ἐρξάτην πολλὰ μὲν πολίτας
ξένων δὲ πάντων στίχας
πολυφθόρους ἐν δαι.

Animadvertisimus ex hocce chori carmine versus ille gravissimus: θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται, quae lex per totam trilogiam valuit, quum et Laios et Oedipus et filii θέσφατα spreverint.— Jam quum sorores accedere cernat, chorus fratres deplorat, tacite ad cadavera assedentibus Antigone et Ismene: nunc quum odium sit expletum, et Ates monumentum sit erectum, recedere daemona.

Chori querelas Antigones et Ismenes querelae excipiunt, quae flebili pietate fratrum fata deplorant. Eximum hoc carmen divellere ac definire aversamur, de quo recte Rochefort: Ce qui distingue particulièrement la vigueur du style d'Eschyle dans cette tragédie, c'est un duo le plus terrible qu'il y ait dans aucune langue, même dans celle de la musique. On y trouve une espèce de strophe répétée deux fois et qui composée de mots d'une même desinence produit un effet terrible à l'oreille seule. Et primo quidem, ut adnotat Hermannus, pressa dolore pectora nihil nisi respondentes sibi singultus proferunt: paullo post, primo doloris impetu superato, largius funduntur longioribus strophis querelae: denique succedente maestitia paucis brevibusque strophis lamentatio paullatim consistit. Superest, ut postrema officia fratribus solvant: ἵω ἵω ποῦ σφε θήσομεν χθονός;

A. ἵω, ὅπον τιμιώτατον.

J. ἵω ἵω, πῆμα πατρὶ πάρεντον.

Illaec quidem de Oedipo Thebis sepulso dici, scholiasta pro certo habet, annotans πιγὰ τὴν εὐνὴν τοῦ πατρὸς· εὐγῆ-
μως τὸν τάφον εὐνὴν εἶπεν.

Episodium IV, v. 989—1038.

Quum de sepeliundis fratribus cogitent sorores, praeco ex senatus consulto Polynicem humari vetat: Antigone autem fratrem sepeliendum curatura partem chori sociam habet, quae ipsam

Exodus v. 1038—1065.

comitatur, altera Ismenen, Eteoclis funus patraturam, urbis laudes extremis verbis cantans. Quae accuratius contemplabimur.

Namque postremas hasce scenas a fabula prorsus alienas et supervacaneas, immo molestum additamentum esse, virorum doctorum magna pars vociferantur¹⁰²). Fugato exercitu hostium necatisque fratribus actionem plane perfectam esse, neque nisi „violata unitate“ addi quidquam potuisse commentantur. Quae quum ita esse sibi persuaserint, dormitantis Homeri vitio excusando mirificam rationem supponunt. Induxerunt poëtam, inquiunt, versus quidam praecedentis scenaे (sua igitur ipsius verba) quibus de fratribus sepeliundis agitur:

v. 800. ἔξονσι δ' ἦν λάβωσι ἐν ταφῇ χθόνα.

v. 889. μένονσι (ἀντοὺς) τάφων πατρῷών λαχαι.

Finita igitur tragœdia Aeschylus recordatus a spectatoribus

¹⁰²⁾ Similia de Sophoclea Aiante protulerunt atque ipse Lobeck ad. v. 862 dicit: »utinam (Ajacis mors) nostrum terminasset carmen! . . . fabula Ajacis morte extingui videtur«. Poëtam exemplo Homeri commotum cetera composuisse docet Bernhardy. Recte vero exposuit Osann, Ueber Sophocles Aias Berl. 1820 pg. 29—35, Aiacem, qui scelestâ superbiâ pecasset, morte piari ex lege divina: homines quidem hac poena non contenti ἀθαυλαν addere conantur. Sed quum aequa ac in Antigone pietatis officia a regum voluntate discreparent, ideoque Teuero cum Menelao et Agamemnone lis esset, ipse Ulixes, qui in Palladis tutela est, licet exosissimus vivo Ajaci, mortuo sepulturam vindicat: ut et Ajacis crimina aequa pensentur et spectatorum religio, a cadavere insepolto abhorrens, salva remaneat. Rochefort I, 418. 419. Suevern 135. Gruppe Ar. 52. Bernhardy l. h. II, 766. Schoell Beiträge 534.

desideratum iri ipsum funus, adjecit non illud quidem, sed verba tamen quaedam eo spectantia. Egregiam rationem!

Recte jam a Jacobsio monitum est¹⁰³⁾ , quantum fuerit Graecis mortuos rite sepeliri, provocatumque ad Homeri "Εκτορος λύτρα, Soph. Ai., Eur. Phoen. Neque profecto, qui modo unquam res istas scire curavit, de eximia Graecorum erga mortuos pietate deque summa cura, ne quis parentum in citeriore Stygis ripa erraret insepultus, dubitare ullo modo potest. Quibus impium et nefarium videbatur, occisis in proeliis hostibus sepulturam negare¹⁰⁴⁾ , suo jure hunc ἀσεβῆ καὶ μιαρὸν appellabant, qui parentis sepulturam neglexisset¹⁰⁵⁾). Eteocle igitur et Polynice fraterna caede occisis quum acerbissimum illud et gravissimum Thebanorum consultum¹⁰⁶⁾ traditum aliunde notumque spectatoribus esset, quo Polynices vctaretur sepeliri, Aeschylus hoc debebat religionis et pietatis rationi, ut quae abhorrent ab illa, inconciliata esse ne pateretur. Itaque haec hujus scenae lex quasi et conditio est: In trilogiis Aeschyleis, quibus ante oculos proponeretur, quemadmodum malum gignetur malo culpamque culpa propagaret, ad extremum aut pectora superbientia ad jus fasque revocabantur, aut valente

¹⁰³⁾ Suppl. ad Sulz. 2, 2, 413.

¹⁰⁴⁾ Schoem. Antiq. pag. 370. IV. Citantur ibi Herod. IX, 79. Pausan. I, 32, 4. Cf. Isoer. Plat. 416. Bekk. Υπὲ δὲ οὐν κανῶν, οὐδὲ ὅμοιον, τοὺς τεθηγόνας ταφῆς εἴργεσθαι, . . τὸ μὲν δεινοτέρων τοῖς κωλύνοντος η̄ τοῖς ἀτυχοῦσι. Soph. Ai. 1155. Ἀρθρωπε μὴ δῷ τοὺς τεθηγόνας κανῶν· εἰ γάρ ποιήσεις γέσθι πηγανόμενος.

¹⁰⁵⁾ Demosth. in Eratosth. τὸν πατέρα ἀποθανότα ὁ ἀσεβῆς οὐτος καὶ μιαρὸς οὐν ἔθαιψεν. Cf. Becker Charikles II, pag. 166 sqq. Isaeus de Nicestr. hered. 78.

¹⁰⁶⁾ δοζοῖται καὶ δόξαντ̄ ἀπαγγέλειν με χρῆ i. e. quod placuit in consilio et nunc valet: wir haben verordnet und verordnen hiermit. — Sacrilegos tantum sanorumque spoliatores non sepeliri fas erat. Diod. XVI, 25. Polynicem sepultura arecent Thebani ὡς οὐτὲ ἀνασταῆσα Καδμειῶν χθονός et ἀτιμάσσεται θεοὺς τοὺς πατρῷους.

Deorum irâ justissimâ Alastor tum demum recedebat, quum funesta caede sontes meritas poenas luissent. Si illud, spectatorum pectora re ipsa ad mitiorem quendam et tranquillum sensum revocantur: sin hoc, tristius commota, grave severumque numen deorum pio animo adorant: sed necesse est, ut cognoscant, post tot tantasque poenas iram Deorum placatam, scelera prorsus expiata esse. In nostra fabula post caedem fraternalm Alastor recessit v. 931: tum cavendum erat, ne quid de novis etiam poenis irâque caedis superstite, timeretur: ostendendum erat, discordiam fratum caede piatam, piatosque extremo sepulturae munere honoratos Tartara adiisse. Namque quod in Thebanorum consilio hominum ira durare videtur, non nisi per momentum illam existere docent versus 1051, 1052
 $\delta\varrho\acute{\alpha}\tau\omega \tau\iota \pi\acute{o}\lambda\varsigma \kappa\grave{\alpha} \mu\grave{\eta} \delta\varrho\acute{\alpha}\tau\omega \tau\o\grave{\nu}\varsigma \kappa\grave{\lambda}\acute{a}\iota\acute{o}\nu\tau\alpha\varsigma \Pi\acute{o}\lambda\nu\acute{r}\acute{e}\iota\eta$

καὶ πόλις ἄλλως
 ἄλλοτ’ ἐπαινεῖ τὰ δίκαια,

atque illud inter legem humanam Thebanorum, qua vetaretur Polynices sepeliri, illamque divinam, qua soror fratri piacula solvere juberetur, discrimin nil profecto faciebat ad trilogiam, dummodo nobis persuaderetur, fratres pie sepultos esse. Nec tamen desunt, quos forte juvet Boekhii verborum commonefieri (gr. tr. pr. pg. 209): „multo quam putant melius Aeschylus novit, quo usque seriem rerum deducere liceret.“ Novit hoc quidem Aeschylus sine dubio melius, quam qui Antigone Sophocleâ inducti contendunt, ad novas personas et res spectatorum animos commoveri, et ab ipsius fabulae argumento detrahi, neque certiores nos fieri, utrum Antigone, cuius vicem timere jamjam cooperimus, patraverit consilium, an minus. Primum enim hoc teneamus, talem esse scenae indolem, ut non Antigone primariam quasi partem agat, sed ad fratum cadavera insepulta omnia spectent. Neque nova implicatio, ut ajunt, scenae inest: non enim supplicium, ut apud Sophoclem,

immimet illis, qui Polynicem sepulti sint, neque quidquam ad prohibendum funus instituitur. Immo quum Antigone professa sit, se nullo modo deterritum iri, quominus pietatis officia patret, praeco quasi tecte illius consilium probans, his utitur verbis, dum abit:

ἀλλ᾽ αὐτόβονλος ἵσθι· ἀπερρέπω δὲ γώ¹⁰⁷⁾

quibus iunuit, se nuntiato civium jussu suffecisse officio suo: cetera nil ad se spectare. Atque chori pars, quae Antigonem sequutura est, animo revolvit, modo hoc modo illud civitati placere. Neque omittendum hoc est, quod quum bipartito agmine abeat chorus, priores illae discedunt, quae cum Polynice sepeliendo abeant: itaque quum nobis persuaserimus, hunc quoque almae telluri redditum iri, altera chori pars cum Ismene fuuus regis ministratura abit, et in Thebarum laude fabula subsistit¹⁰⁸⁾.

Nihil est igitur, quod quasi imperfectum censemus esse poëma, et ut ante repartam didascaliam plerisque placuit, ad sequentem fabulam prospiciamus.

Quamquam vel nunc in doctorum numero Ad. Schoell est, qui quasi philologorum respublica Poloniensi similis esset, libero Veto utendum censens fabulam hoc modo finiri potuisse deneget, illisque, qui vetere illo testimonio aboleri rebantur conjecturas, gravissimum suffragium objiciat: Ich nicht!¹⁰⁹⁾

¹⁰⁷⁾ Schol. v. 999. Schwenk pag. 191 τὴν ιδίᾳ γράμμην δὲ βούλει, πράττε.

¹⁰⁸⁾ Queritur Suevern, quod non verbis illis ἵω ἵω πῆμα παιδὶ πάγευσον fabula finiatur, quo facto auditorum animi tristi quadam et lugubri commotione affecti optime discessissent. Concedendum est, fraternal caudem, qua patrata daemon recedit, trilogiae ideae finem esse, sed ut ait Nitschius II, 498.: Diese grause Erfüllung soll im menschlichen Gemüth nun zugleich das Rachegefühl zur Ruhe bringen. Auch der dem Vaterlande und den Seinigen im Leben verfeindete Bruder erhält, wie der andere, ein Grab.

¹⁰⁹⁾ Allg. Lit. Ztg. pag. 398, No. 193. 194.

Proponit, duplarem fuisse hujus fabulae formam, primam quā Oedipodeae ultima, alteram quā alterius trilogiae Epigonicae media vel prima fabula fuerit. Ad primam formam restituendam levi tantummodo quodam remedio opus esse, quod in promtu habet¹¹⁰⁾). Circumcidit igitur fabulam, delet ultimum episodium et exclamat: Ecce tragoeadia! Ratio similis est ὡς εἴ τις ἀνὴρ, τεκτοσύνης εὐείδως, χειρὶ παχείῃ πέλευν μέγαν ὑψοσ' ἀείρας ἀπένοψε κόμην ταυνφύλλον ἐλαίης. Haec saltem debetur Aeschylo ab omnibus vel majorum gentium philologis reverentia, ut ad poetam suspiciant cognituri artem ejus temporis tragicam, neve quasi hancce penitus et aliunde perceptam habeant, despiciant, ejusque magistri evadere conentur.

Itaque nos consilium et rationem Aeschyli hanc esse credimus. Trilogia, qua Labdacidarum fata depingerentur, nuntio de fraterna caede allato non poterat finiri: coram populo trucidari fratres ex lege notissima non licebat: unum idque in primis eximium et ad affectus movendos vel maxime idoneum supererat, ut cadavera illa extremorum Labdacidarum, scelerum fatorumque egregia monumenta, proponerentur in scena. Quos virgines Thebanae, ad totum genus urbemque ab illo regnatam respicientes, nec non sorores, flebili pietate commotae, deplorant. A cadaveribus inseptulis discedere, spectatorum quis non aegre tulisset? Traditum illud consultum Thebanorum negligi non poterat: sed Antigone se pietatis officio perfuncturam esse promittit, eamque pars virginum sequitur: pars altera Ismenen Eteoclem sepulturam: nihil est, unde timeas, ne consilium patrent, neque ut certior de perfecto funere fias opus est. Etenim otiosus talis nuntius foret, et ad Antigonae potius sortem animos deflexurus: nunc vero discedunt spectatores, quando extinctum est omne Laii genus postremorumque Labdacidarum cadavera in eo sunt, ut almae telluri reddantur.

¹¹⁰⁾ „Dagegen braucht es ja nur“ etc.

In quibus nihil est quod offendere ullo modo possit, quum simpliciter omnia et aequo procedant. Ultima autem trilogiae verba urbis laudes sonant, quae Labdacidarum facinorum poenarumque scena iisdemque perculta fuerat, et tum demum, extirpato scelesto regum genere, supplicia fugisse sibi videretur.

Est igitur Oedipodea imago generis regii Thebani, quod egregiorum delictorum egregias poenas dat, obnoxium juste ulciscenti fato: est autem Thebarum urbs hujus imaginis fundus.

Scribebam Sundiae MDCCCLIV, 22. VI.

V i t a.

Carolus Kruse XXVI. ante hunc diem annis Sundiae natus sum patre A. T. Kruse, matre F. Glaser, quibus adhuc vivis pio gratoque animo laetor. Gymnasii Sundensis alumnus, quod Ill. E. Nizze rectore floret, maturitatis testimonium nactus auctumno anni XLVI^{ti} Gryphiam petii, studiis philologicis deditus. Atque per quatuor quidem semestria illius, per tria Bonnensis Academiae civis scholas frequentabam, quas habebant philologicas viri clarissimi Schoemann, Urlichs, Hoefer, Jahn, Welcker, Ritschl, Lassen, Lersch, historicas Barthold et Dahlmann, philosophicas Erichson et Nasse, theologicas Baier. Quorum quot quantaque sint cujusque in me merita, pectore animoque gratius recordari usque, quam copiosius verbis exprimere malo. Confecto quod concessum esset tempore academico Coloniam me contuli, ibique, quum anno insequente plenae facultatis docendi testimonium Gryphiae impetrasset, candidatus collegio Gymnasii interfui, cuius fasces H. Knebel, vir humanissimus retinet. Anno post amplissimus patriae urbis Senatus, quum in eo esset, ut scholam quam dicunt realem conderet, tertiae in illa classis moderamen in me conferre voluit, deinde in proximum me locum ascendere jussit, ut secundam nunc classem praceptor ordinarius gubernem. — Quantum temporis de lectionibus et meditandis et habendis superesset, Aeschyleis maxime studiis dedi, eorumque hocce specimen amplissimo philosophorum ordini indulgenter judicandum proponens spero, summi voti me compotem factum iri, ut alma universitas, quae adolescentem aluerit, juvenem ad doctoris gradum promovere ne dedignetur.

Scribebam Sundiae die XXII^{mo} mensis Junii MDCCCLIV.

Theses.

I.

Fatum Aeschyleum non est caecum et iniquum.

II.


Unusquisque Labdacidarum debitas poenas luit.

III.

*Episodium de septem ducibus sine ulla causa
vituperatur.*

IV.

*Septem fabula extrema ad aliam tragoediam
non prospicit.*



LIBRARY OF CONGRESS



0 003 052 933 9